Gem & Ias.in l.vt liberis.post alios.C.de Colla.& Alex.cons.96.vbi quærit
an decretum quod loquitur in causis motis,habeat locum in causis appella
tionis.& cons.82.vol.3.vbi ponit,an statutum loquens sub simplicibus , det
casum mixtum vide etiam Rom.cons.3.vbi ponit,an statutum dictans,ꝙ con
trouersia inter.personas, vel vniuersitatem compromittatur,habeat locum
vbi esset controuersia inter personam,& vniuersitatem.

1 *Stipulatio vsusfructus est facti.*
2 *Stipulatio operarum est diuidua.*
3 *Stipulans viam,vel aliam seruitutem dicitur stipulari ius,& factum,& agē-
do ex stipulatione,agit ad factum.*
*Agens confessoria,vel negatoria pro seruitute,dicitur agere ad ius & patien-
tia venit officio iudicis.*
4 *Natura obligationis dandi,quæ sit,& quæ faciendi.*
5 *Vnus ex hæredibus promissoris hominis in genere,si soluit partem suam in Sti-
cho,an liberetur,& qualiter agatur contra alios.9.*
6 *Solutio partis in obligatione generis,& alternatiuæ,an & quando faciat obli
gationem esse in pendenti.*
7 *Obligatio generis,& alternatiuæ sunt eiusdem generis quo ad quædam,& nu.
9.10.*
8 *Exercitium obligationis alternatiuæ,quando est soluta pars , respectu soluto-
rum,dicitur esse in pendenti.*

§.Et harum omnium. Iste §.Est notandus multū
Primo loquitur in stipl'o-
ne,q̃ ꝯtinet diuiduum natura & effectu.Scđo de stipl'one,q̃ ꝯtinet
indiuiduū simpliciter.Tertio de ea quæ ꝯtinet diuiduum nā, sed
indiuiduum effectu.Secūda ibi,quædam nō recipiunt. Tertia ibi
quædā partis.& br̃ hoc intendit.Stipulatio dādi est diuidua nā,&
effectu, sed stipl'o seruitutis est simpl'r indiuidua : stipl'o aūt gñis,
& alternatiua,est diuidua nā,& indiuidua effectu.h.d.¶Dicit hic,
& harū omniū &c.innuit,ꝙ stipulatio facti possit esse diuidua,qa
supra posuit de stipulatione,quæ ꝯsistit in faciēdo,& hic dr̃, & ha
rum &c.Contra.j̃.e.l.stipulationes non diuiduntur.Solu.dicit gl.
illud regulare.sed quandoque factum est diuiduū:vt in §.Cato.&
in l.in stipulationibus.§.operarum.j̃.eodem.item in stipulatione
vsusfructus,sed ista sunt specialia.Ita sentit gl.j.huius §. & alia gl.
1 posita super verbo,viam.¶Item op.innuit gl. † ꝙ stipulatio vsus
fructus sit stipulatio facti Contra s̃.de vsufructu.l.j.vbi videtur iu
ris.Gl.bñ dicit quia vsusfructus est iuris,tamē tenetur pati,quod
est facti.l.vbi autem.§.qui id quod.j.eo.& j̃.dicam.¶Itē op.gl.in
nuit.s̃ ꝙ stipulatio operarum diuiditur.Sed contra hoc oppo. de
l.libertus.§.j.s̃.de ope.lib.& l.stipulationes nō diuiduntur.§.j. Sol-
uit gl.ꝙ volente stipulatore diuiditur.Hoc nō est verum per l.sti-
pulationes non diuiduntur.j̃.e.ideoq; dat aliam solutionem : qa
ibi quando duobus đbentur operę,hic quando vni.gl.non bene
soluit:quia opera de se est indiuidua.l.3.de ope.libertor.tangetur
2 in l.in stipulationibus.§.operarum.j̃.c.Quid dicemus? † Dico,ꝙ
immo potest diuidi.d.§.operarum.& l.libertus.§.j.superius alleg.
Si vero vis diuidere vnam operam,& tunc non potes,nisi deue-
nias ad taxationē quantitatis.d.l.in stipulationibus.§. operarum.
& d.l.stipulatines non diuiduntur.Secundo casu dicit hic ꝙ reci-
pit præstationem natura & effectu,qđ est hoc dicere? Et dic natu-
ra,quia est diuisibilis effectu,propter duo , quia propter legē 12
tabularum diuidit̃.l.j.C.si cer.pet.Itē partis p̃statio p̃stat liberatio-
nē in parte.¶Venio ad secundam particulam:& aduertatis, dicit̃
hic.ꝙ non recipiunt seruitutes diuisionem,nec natura, nec effe-
ctu.Oppo.s̃.ad l.Falc.l.j.§.si vsusfructus.Sol.speciale in vsufructu.
De hoc dicetur in l.stipulationes non diuid.j̃.eo.l.ideo dimitto.
¶Oppo.de l.stipulationes non diuiduntur.2.rñso.j̃.eod.Sol.illud
quando peruenitur ad præstationem interesse, secus qñ præstat̃
3 seruitus.¶Quæro,aliquis†stipulatur viā , vel aliquā seruitutem,

a an stipuletur ius, vel factum. Et dicit gl. quod factum. Do. Vltramotani b in-
b surgunt contra gl. & Pet. hic, & Cy. in l. corruptionem. C. de vsuf. circa pri.
& dicunt quod stipulatur ius. l. si seruus cõis meus, & tuus. j. de stip. ser. quod
iuncto Inst. de stip. ser. §. sed cũ factum. Illud non est verũ, quia quãdo seruus sti
pulatur factum fiendũ à seipso, non acquirit dño. d. §. sed cum fcm̃. Sed cũ sti
pulatur fiendũ ab alio ipsi seruo, dño acquirit. l. quod dicitur. j. e. v. g. promittis
seruo quod sibi ire agere liceat, non acquirit dño. Sed si promittis seruo face
re domũ, & tũc quia illud fcm̃ venit explicãdũ à promissore, nõ à ser
uo stipulatore, dño quarit. Cõtra gl. facio vnã fortissimã rõne de l. j.
in fi. de ser. rust. pd. vbi dicitur quod patiẽtia venit pro offin iud. ergo non est in
obligatione. l. quod pro collusionẽ. §. j. s. de act. emp. quod non factũ sed ius vel
stipulatus. Præterea lex dicit, quod seruitus est ius. l. j. de re. diui. & Inst.
de reb. corporalib. & icorpor. §. j. Præterea Iurisconsultus hic vel di
cere vsq; ad §. itẽ si in facto. de obligationib. dãdi, ibi, de obliga-
c tionib. faciẽdi, & sic hic vel dicere quod sit iuris. Credo gl. bene dicere
quod stipulatur seruiturẽ, stipulatur ius, & factũ ius in quãtũ seruitus de-
beat constitui, factũ in quãtũ patiẽtia debeat præstari. l. 2. post principiũ
s. de vsufr. in verbo dare. Et ideo gl. quæ est in l. corruptionem, bene di
cit, quod constituẽdo non liberatur, quia ẽt tenetur ad fcm̃, s. pati, & sic remanet
obligatus ad patientiam. Idem not. j. eod. & in l. pluribus. §. fina.
Ad legẽ j. in fi. s. de seruitu. rustic. pdio. dic quod quãdo agitur reali, s. confesso
ria, vel negatoria, tũc patientia venit iudicis officio, nõ iure actionis
hoc est quod dicit gl. in l. harũ. si serui. vẽd. & sic loquitur in l. j. in fin. s. de
serui. rustico. pdio. Sed quãdo quis agit ex stipulatione, vel actione ex te-
stamẽto tũc est in obligatione datio, hoc est constitutio seruitutis,
& patiẽtia, vt expresse dicit tex. in d. l. 3. §. dar. s. de vsufr. & sic gl. be-
4 ne dicit. ¶ † Quæro, quæ est natura obligationis dãdi & quæ est natura obligationis fa-
ciendi? Gl. hic tangit. Dicã in d. l. stipulationes nõ diuidũt. ¶ Venio
ad tertiã partẽ. Hic dicitur quod quãdã sunt diuidua natura sed indiuidua effectu, &
sic statim repetuntur, contra l. si nõ sortẽ. §. si decem. s. de condictio. indeb.
Sol. de rigore incõtinẽti põt repeti, sed de æqtate est in pendenti
& hoc dicunt duæ gl. positæ hic positæ. ¶ Venio, & intro gl. magnã
in verb. det & ad diuisionem solutionis glossæ opp. Sol. vt in gl.
¶ Op. secũdo si nõ liberatur, quod &c. Dico, quod inter obligatũ, & non obligatũ est
quoddã mediũ, s. cessatio obligationis ad tps & sic est in pẽdenti.
Videamus quid vult dicere illa gl. non est obligatio, sed obligatio
cessat. ¶ Quæro, an cesset obligatio vel executio actionis? Gl. hic
ponit verba improprie. Dic melius, quãdoq; obligatio semel fuit
nata, sed ex aliquo casu dicitur in pẽdẽti, vt in casu nostræ legis, & tũc
exactio est in pendenti, non obligatio, qua durat. lege pecuniam
s. si cer. pet. vnde cum hic actio, & obligatio esset semel nata, pro-
d per solutionem partis non est in pendẽti obligatio, quia durat, vt
no. l. pecuniam. s. si cer. pe. sed d est in pendenti exactio, rõne futuri
euentus. Quãdoq; ab initio obligatio nõ est nata, sed est in pẽdẽti, & tũc
natiuitas obligationis pendet propter spem, quod nascatur. l. inter stipulãtẽ.
§. sacrã. j. e. Ostẽdo quod gl. ista dicat male, & contra l. si stipulatus. §. fi. j. de so.
Nam si debes hoiem in gñe, & soluis partẽ Stichi, totum pt peti,
& sic non est in pendenti obligatio, nec exactio. Sol. dicit Dy. quod glo. in
obligatione gñis male loquitur, in alternatiua bene dicit, per l. si
e non sortem. §. pe. s. de condic. indeb. & bñ dicit Dyn. e Et est rõ, quia
in alternatiua vtraq; est in obligatione, & ideo soluendo Stichũ, soluit
partem eius quod est in obligatione: sed in stipulatione gñis nihil est
in obligatione l. cum incertus. s. de leg. j. Sed contra hoc vel hic text. quia
exactio in obligatione gñis dicitur esse in pendenti. Solutio. quod dico
in obligatione generis, dico quod non est in pendẽti obligatio, quia
potest exigi sicut primo, sed obligatio illa ex qua dẽt condici, quod
est solutũ, est in pẽdenti vtrum nascatur: valet igitur obligatio,
& cõdictio indebiti pendet. & hoc est, quod dixit text. hic, aut in
pendẽti, &c. istud dictum videtur falsum. Et pro declaratione for
5 mo † quæstionem positam in glo. Plures sunt hæredes vnius pro-
missoris hominis in genere vnus soluit partẽ suam in Sticho, an
liberatio contingat? Vide gl. quæ hic dicit, quod sic. Gl. ista in hoc est
cõtra suã præcedentem determinationem, vbi dicit, quòd in ob-
ligatione generis in pendenti est exactio. Sed dictũ gl. verũ est in
hæredib. promissoris, sed quod dixi primo, est verum in ipso pro
missore, hoc dicit hæc gl licèt non probet, sed quòd hæredes nõ
liberentur, videtur casus, infra proximo §. ex his & j. eod. l. in exe
cutione. §. pro parte. Dic quòd hæres respectu præsentis status libe-
ratur, hoc est exercitium actionis contra eum impeditur, donec
alij conueniantur, & ita intelligit glo. in d. §. pro parte. licèt con-
tra ipsum principalem exercitium non impediretur. Si autem gl.
intelligeret quòd vere statim liberetur, male diceret. & l. qui ho-
minem. j. de acceptila. quam alleg. glo. nihil facit, vt dicam statim
in §. si tamẽ hominem. & ratio differentiæ inter hæredes, & princi
palem promissorẽ. potest esse, quia quãdo vnus hæres soluit par-
tem, quam debet, totum soluit, quod debet, sed principalis promis-
sor non soluit totum quod debet, ideo nõ videtur in pendenti ob-
6 ligatio. Pro hoc facit j. §. Cato. in fine Reassumo † ergo breuiter, cum
quæritur, vtrũ in obligatione generis, vel alternatiuæ partis solu
tio faciat obligationem esse in pendenti, vel nõ. sic distingue. Aut
quæris, vtrum sit in pẽdẽti obligatio, vel liberatio ad repetẽdum
solutum & est in pendenti, vt hic. Aut quæris, vtrum sit in pendẽ
ti obligatio, id est. quo ad substantiam ipsius, & non est in pendẽ
ti. l. pecunia. si cer. pet. & l. si non sortem. §. si decem. s. de condict.
indeb. Aut quo ad exercitium, & tunc aut præcessit obligatio al-
ternatiua. & est in pendenti. l. si non sortem. §. si decem. s. de cõd.
indeb. Si obligatio generis præcessit, & tunc aut loqueris in princi-
pali promissore, & tũc non est in pẽdenti, sed statim potest exigi,
l. si stipulatus. §. j. s. de solutio. Aut loqueris in pluribus hæredibus
promissoris, & est in pendẽti, vt hic in gl. & j. eod. l. in executio-
ne. §. pro parte. quod intellige, si vnus soluit totum quod dẽt. Se-
cus si partem partis quam debet, quia esset idem quod in ipso princi
pali. Procedo vlterius. Tu dicis, quod hæres soluit totũ quod debet, &
tamen non est perfecte liberatus. Contra. Inst. quib. mod. tol. obl.
in prin. Sol. hic non soluit prout debuit, quia est dubium ne alius
7 soluat in alio homine. ¶ Opp. † sm̃ Dy. & videtur quod stipulatio ge
neris, & alternatiuæ sint eiusdem generis. Sed contra, quia in al
ternatiua vtrunq; est in obligatione. l. illud, aut illud. s. de cõst. pe
cu. & l. si duo rei. j. eod. titul. in obligatione generis, nullum est in
obligatione. l. cum incertus. s. de leg. j. Dy. dicit quod eiusdem gene-
ris, & conditionis sũt quo ad quædam, & ibi dicit gl. in l. cum is.
§. fi. s. de cond. indeb. ¶ Item opp. de l. si stipulatus. §. j. de solut. So-
lu. ibi, homo certus debebatur. Opp. j. §. si tamen hominem. Sol.
in gl. dic, vt vbi dicã. ¶ Quæro, quid si alter hæres non vult soluere
in eodem homine. Gl. dicit quod fiet condemnatio in æstimatione
8 &c. dicam, j. proxi. §. Quæro, dixi † quod aliquando exercitium o-
bligationis alternatiuæ, est in pendenti, vt si debes decem, aut Sti
chũ, & soluis quinq;, vt in §. si decem. Quid est illud quod est in pẽdẽ
ti? Resp. exercitium respectu illorũ quinq; solutorum vnde pos-
sum agere ad quinque, aut ad Stichum, ita intelligo §. si decem.
9 † Quæro, dixi quod si vnus ex hæredibus soluit partem suam in obli
gatione generis, quod pro illa parte est in pendenti, quare agã cõtra
10 alios? Dic vt d. l. in executione. §. pro parte. & ibi dicam. ¶ † Sed
quæro, in obligatione generis quid est in obligatiõe? Vna est gl.
de leg. 2. l. Mæuius. §. duorum. super ver. homines continet &c. quæ
dicit quod in obligatione generis nullus est in obligatione, sed omnes
in solutione. Idem no. in l. cum is. §. fi. de cond. indeb. Istud nihil
est dicere, per l. cũ incertus. de leg. j. quia si nullus est in obligatio-
ne, per solutionem eius, quod non est in obligatione, non tollitur
obligatio. & hic vult quod tollatur obligatio, l. & per iusiurandum.
§. si is qui hominem. j. de acceptila. Quidam hoc volentes susti-
nere dicunt, quod ipsum genus est in obligatione, non aliquod indi-
uiduũ per se. Sed illud est truffa, quia genus per se sumptum est quædã
imaginatio quæ non est in commercio nostro, ergo non est in
obligatione, vt in prin. Inst. de inutil. stip. Iac. de Are. voluit dicere, quod
quilibet est in obligatione sub conditione, si soluatur, vt supra qui
& à quibus. l. 2. Sed istud est truffa, quia si nullus est in obligatione
nisi conditionaliter, ante conditionẽ non posset agere. l. cedere
diem. de verb. sign. Præterea, si decederet legatarius. nõ trãsmitte
f ret, s contra l. hæredes. §. si incerto. s. famil. ercisc. Quid dicem?
Dico quod glos. in l. Mæuius. §. duorum, ver. homines. in fin. magnæ
gl. dicit verum, quia nullus est in obligatione certus & determi-
natus, sed determinandus per solutionem. & ille, qui soluet, ab
initio fingitur fuisse in obligatione. Est ergo obligatus de præ-
senti ad dãdum vnum, sed ille vnus an sit hic, vel ille, pẽdet ex fu
turo euentu. Et hoc vult dicere illa gl nõ ob. l. cũ incertus. de le. j.
& l. 3. s. qui & à quib. quia non est conditio propriè, quæ suspen-
dit proprie obligationem, sed habet speciem cõditionis, quia in l.
3. s. qui, & à quib. est dictio, quodammodo, quæ est nota impro-
prietatis. l. si me in vacuam. s. de acq. poss. Hoc modo debet intel-
ligi. l. si Pãphilo. & l. homine legato. de op. leg. aliter si esset condi
tio propriè, licèt tacita suspendet obligationem sicut expressa,
vt l. item quia. s. de pact. & gl. ibi, ideo non potest agere.

ADDITIONES.

a Pomá. ¶ Ius vel factum. Hanc opi. Bar. hic dicit cõem Ro. hic, & hanc tenui ad Bar. in l. si is, q. pro empto. in 3. q. prin. in ver. fallit. in fi. ibi, habere &c.

b Barb. ¶ Doc. vltramon. A seruo tũc domino non acquiritur, d. §. sed cũ factũ sed cum stipulatur fiendum ab aliquo, ipsi domino acquiritur.

c Gl. bene dicere. Adde quidem vt refert Alex. tenet Ang. & Imo hic nullo addi to. Idem tenet Ro. per l. ratio. §. fi. de act. emp. Bal. in l. corruptioné. C. de vsu-fru. qui pro hoc allegat l. vbi. §. fundi. j. eo. & ipse Alex. qui cũ opi. gl. trãsit, al leg. tex. j. ea l. §. item si in facto. ibi. re agere & tex. à nemine allegatum in l. qui vsumfructum. §. fi. s. de vsufr. vbi si legaui tibi vsumfructum serui & hæres meus fuit in mora dandi seruum, & sic non fuit præstita patientia vtendi & fruendi põt agi ad interesse, quòd fieri non posset, si esset obligatio dandi, in quib. rõne moræ nõ succedit obligatio ad interesse. l. vbi. §. si quod secus est in obligationib. faciendi, in quibus succedit obligatio ad interesse d. l. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus.

d Poma. ¶ Si cer. pet. Facit & bene l. cum hic status. §. si spõsus. ver. siue aũt. s. de do. inter vir. & vxo. ibi pendere acceptilationem, no ipsam, sed eius effectũ.

e ¶ Bene dicit Dy. Adde sm Alex quod idem tenet Ray. Ang. imo & Pau. de Cast. sed Pet. Dy. & Ro. in obligatione alternatiua discrepant ab opi. Bar.

f Poma. ¶ Non transmitteret. Breuiter quod transmittat legatarius omnes in genere, facit l. nec semel. s. quando di. leg. ced. ad materiam etiam huius §. aliquid per Anch. in c. peccatum. de reg. iur. in 6.

1 *Obligatio nō mutat cōdōnem ex persona hæredis, sed cōdemnatio moderatur.*
2 *Actio nego. gest. competit pro his, quæ fiunt ex voluntate, Actio familiæ erc. competit pro his, quæ fiunt. ex necessitate.*
3 *Obligatio personalis diuiditur inter hæredes, sed id quod est in conditione, non, & in eo pœna pro solido committitur, nisi solidum soluatur respectu eius, quod est in stipulatione pœnali, quod dicitur esse in conditione.*
4 *Minor pars si cōtradicit maiori, quādo stet̄ dicto maioris partis vel minoris.*
5 *Vnus ex pluribus hæredibus promissoris obligatus in genere, si soluit in Sticho, & alij dissentiant, quō subuenitur creditori contra ipsos hæredes. Quoties plures discordant ad præiudicium tertij, iudex potest eos agere ad concordiam.*
6 *Quādo plures hæredes discordāt, quādo cogātur per iudicē, vt eis consulatur.*
7 *In obligatione generis, vel alternatiuè si decedit stipulator pluribus hæredibus relictis, & non concordantibus, qualiter soluatur.*
8 *Vnus ex hæredibus promissoris in obligatione generis, de necessitate cogitur soluere totum, creditore non volente recipere partem. Creditor obligationis generis non cogitur partem ab vno recipere nisi alij hæredes consentiant in aliis partibus eiusdem hominis.*
9 *Creditor quādo agit cōtra vnū ex hær. seruitutē insolidū, & est condemnatus in executione, non liberatur hæres conuentus, nisi soluat æstimationem.*
10 *Actio ad interesse intentata pro seruitute datur pro hæreditaria portione: & sic interesse quando præsentialiter petitur, censetur diuiduum.*
11 *Hæredum stipulatoris si vnus agit insolidum ad seruitutem, & deuenitur ad executionem super interesse, non præstatur nisi pars.*
12 *Hæredes plures in obligatione indiuidua, an dicantur duo rei ex quo quilibet tenetur insolidum. remissiue.*
13 *Seruitus potest pluribus insolidum constitui.*
14 *Sententia lata pro vno ex pluribus hæredibus agenti ad seruitutem constituendam actione personali, non prodest aliis, secus si egisset actione confessoria ad constitutam.*
15 *Sententia lata cōtra vnū ex pluribus hæredibus pro seruitute, nō nocet aliis.*

§. Ex his igitur stipulationibus.

In obligatione diuidua nā sed īdiuidua effectu, si sunt plures promissoris hr̄des, quilibet tenetur pro parte, sed partis præstatio liberationem nō præbet, sed in obl'one indiuidua, oīmodo hr̄des ꝓmissoris tenentur insolidū, & hr̄dibus stipulatoris insolidū actio ꝯpetit. h. d. Diuidit̄ in tres partes. Primo ponit vnā illationē, vsq; ibi. & ideo. Secūdo ponit aliā, vsq; ibi, ex quo Tertio ponit aliā, vsq; ad §. si tamē. Itē prima subdiuidit̄ in duas, s. dictū, & rōnē. Scda in duas, s. dictū, & determinationē qōnis circa illud. Tertia in duas, s. dictum, & rn̄sionē tacitæ obiectionis, Partes patēt. Examinemus istas illatio-
1 nes ꝑ particulas. In prima dicit, ꝙ ex persona † hæredis nō mutat̄
a &c Contra,[a] C. de priuilegiis dotis. l. vnica, Gl. soluit, non mutat̄ ꝯdō obl'onis, sed ꝯdēnatio moderat̄. Dicit Pet. nō debet mutari, verū est ad ꝯmodum alterius, sed ad ꝯmodum creditoris sic. Gl.
b dicit melius, q̄ Pe.[b] qa ibi erat ex priuilegio ꝑsonæ. ideo est ꝙ mutat̄, qa ꝑsonale. l. quia tale. s. sol. mat. sed qualitas obl'onis nō mutat̄. ¶Op. de l. legatarius. s. de legatis primo. Soluit gl. hic passiue, ibi actiue. & vult dicere, ꝙ ex ꝑsona hr̄dis promissoris non mutat̄ sed ex ꝑsona actoris, mutat̄. Sed ista sol. nō vr̄ vera, per illationē ī tex. primo factā, quia idē est in heredibus promissoris, & hr̄dibus stipulatoris. In ꝯrio soluit glo. ꝙ ibi indiuiduis, hic in indiuiduis. Dyn. non vr̄ tenere istā solu. & dicit, ꝙ ibi alterius partis nō interest, immo sibi ꝓdest, hic partis interest. & nihil sibi prodest. Pet. dat aliā sol. Cōdō non mutat̄ respectu rei, q̄ est in obl'one, vt hic, sed alio modo bene recipit mutationē, qa obligatio inter hr̄des diuidit̄. & Cy. refert verba Pet. in l. 3. C. de nego. gest. & hoc tenet Iac. de Are. hic, & dicit, conditio obligationis id est. vtilitas rei, q̄ est in obligationes, Oēs solu. sunt bonæ, & solutio gl. bona, quia aliud indiuiduis, aliud ī īdiuiduis & q̄ est rō istius, qd̄ dicit Dy. qa in diuiduis non noceret stipulatori, in indiuiduis sic, declarat̄ per solutionē Pet. & Iac. ¶Opp. de l. ea. §. fi. ꝟ e. Sol. vt ibi videbitis, qa ibi qn̄ deuenit̄ ad æstimationē partis, alias secus. ¶Pro declaratio-
c ne huius legis c formo vnum ꝯrium, & oppo. s. ea. l. §. & harū. vbi dicit̄, ꝙ qn̄ decem sunt in obligatione, partis præstatio liberat hæredem sed defunctum non liberat, & sic loquitur l. tutor. §. Lucius. s. de vsuris. Quidam huius timore dicūt, ꝯcedo oppositum, ꝙ non liberatur ꝑstando partē. Petr. tenet ꝯ hoc in l. 3. C. de neg. gest. & dicit, ꝙ ibi est casus ꝯiungendo l. hæredes. §. an ea. melius
2 in §. si vnus. s. fam. erc. inducendo hoc modo, † ea q̄ fiunt ex necessitate, veniunt in actionē fam. ercisc. & ca, quæ fiunt ex voluntate, veniunt in actionē neg. gest. sed in d. l. 3. hæres vnus soluēdo totum, habet actionē neg. gest. ergo non tenebatur soluere. Sed casus est melior in l. si testō. §. j. ꝟ. de fideiuss. Rn̄deo ad legē istam, ꝙ hic loquitur in obl'one, q̄ est indiuidua effectu, ibi vero diuidua oīno. Et est rō, quia hic si esset liberatus, & mutaret̄, hic fieret solutio in alio, quàm tenebat̄ defunctus, qa vnus soluit ptē vnius rei, & alter alterius, mutatio & sic cōtingeret respectu rei, qd̄ defunct⁹ nō potuit. secus qn̄ est diuidua, vt q̄titas, quia illam ꝑstant plures hr̄des quā defunctus ꝑstitisset, nec contingit mutatio respectu rei, vt quia id defunctus debuit. Sed illud vr̄ ꝯ l. stipu-
3 lationū. §. fi. ꝟ. e. † Hic debes scire, ꝙ obligationes ꝑsonales diuiduntur per legē 12. tab. l. ea. q̄. C. fam. erc. & l. j. C. si cert. pet. Vnde si teneris ad centū, & habes duos hæredes vnusquisq; tenerer ad quinquaginta. Itē illud qd̄ est in conditione in ꝑsona hæredum, nō diuiditur. l. cui fundus. in fi. s. de condi. & demon. Sed illud qd̄ erat in obligatione, respectu stipl'onis pœnalis est in cōdōne Cū ergo cōditio non diuidat̄ inter hæredes, pœna committitur pro solido, nisi solidū soluat̄. Sed q̄tum ad ipsum principale debitum solutio ꝑtis liberaret ꝓ parte, vt plene videbimus. ꝟ §. Cato. ¶Gl.
d q̄rit,[d] qd̄ si vnus cōsensit in soluēdo hoīem, alij dissentiunt. Glo.
4 dicit, † ꝙ statur dicto maioris partis. Sed illud nō est vtrū, e tunc
e enim stat̄ dicto maioris partis, qn̄ sunt cōia pluribus, vt vniuersis, secus si pluribus, vt singulis, vt in casu l. maiorē. s. de pact. Tāgit Dy. in c. qd̄ oēs. extra de reg. iur. lib. 6. & l. qd̄ maior. ꝟ. ad municip. l. si aūt plures. de aqua. plu. arcen. & ibi de hoc dicā. Trāsit gl. ad aliam sol. & aliā gl. habetis in l. in executione. §. pe. in fi. magnæ gl. ꝟ. e. tit. vbi ponit duas solutiones Quæ est ꝯ verior. Old. dicit, ꝙ ista est vera, illa nō Ray. concor. videbat̄ illas gl. hoc modo. Qn̄q; maior pars ꝯdicit minori, & tūc loquitur ista gl. Qn̄q; sunt in pari numero, & tunc cogeret̄ ꝯsentire off. iud. vt in l. ꝯria. Sed nescio quo iure istud probet̄. Dic, ꝙ primo debet cōsiderari qualiter subueniatur ipsi creditori ꝯ hr̄des. Secundo qualiter cō-
5 sulatur hæredibus inuicē. ¶ † Circa primum dic, ꝙ si quidē ante sn̄iam constat iudici hr̄des debitoris dissentire, potest eos iudex condēnare in pecuniā ad petitionē creditoris, vt no. s. ꝓximo §. in gl. magna. Itē facit qd̄ no. s. de actio. emp. l. j. in prin. Itē si iam facta esset cōdēnatio ad ipsum hominē & hr̄des dissentiret, posset fieri executio in æstimatione eadē ratione: vt ꝟ. statim videbitis ī ver. sed quo casu. arg. eius qd̄ no. ꝟ. eo. l. eum q certarum. §. j. & l. si seruū. §. fi. Itē posset petere actor, vt iudex cogeret eos ad concordiā, qa quoties plures dissentiunt ad præiudicium tertij, pos-
5 sunt cogi ad ꝯcordiā per iudicē. l. huiusmodi. §. fi. de leg. ¶ † Circa fm dic primo, ꝙ nō est vera ista opi. ꝙ stetur dicto maioris ꝑtis, vt dixi. Item non est verum, ꝙ vnus cohæredum possit petere ꝙ per iudicem cogatur cōsentire, quia quādo plures dissentiunt
f ad ipsorum incōmodum, cessat officiū iudicis. fl. quoties. de vsu fru. & de serui. rusti. pred. l. itinere. licēt gl. ibi aliter sentiat. Sed si adhuc nullus cohæredū est passus dānum, sed timeretur pati, possent

ADDITIONES.

a Poma. ¶Cōtra. Pro quo etiam facit tex. in l Pomponius. 2. in fi. volens ex qualitate personarum condemnationem moderari.

b Pro. ¶Melius q̄ Pet. Et iudicio meo verum, nā conditio obligationis initiat̄ ex persona hr̄dis, etiā in detrimentum creditoris. Si enim debes centū, non poteris soluere quinquaginta, debes soluere tota cētum, si vis liberari. l. tutor. §. Lucius. de vsur. & cū decesseris relictis duobus hr̄dibus, vnus partē soluēdo liberat̄. l. j. C. si cer. pe. l. si testō. §. j. de fideic. & tenet Bar. ꝟ. ibi, ꝓ declaratione dū refert opi. Pe. & alleg. d. l. si testō. q̄ quā in solutione partis nō, immo fit damnum. l plane. s. fam. ercis. & sic contra sol. Pet.

c ¶Pro declaratione huius legis, ponit ꝙ Dy. dubitat duabus de causis, & primo, qa legatū est indiuiduū. l. nomē. s. de le. 3. & hæc loquit̄ in diuiduis, tn̄, vt mihi vr̄, in gl. 2. nec quicquā propter hoc est motus ipse Dy. quia legatū fit indiuiduum per separationem tamen oblata est dimidia propter legē 12. tab. l. ea quæ. C. fam. erc. l. j. si cert. pet. & hic licet loquatur de obligatione diuidua, tamen nō loquitur de ista, quæ diuiditur natura, non effectu, in 4 no. ad mittitur pars solutionis. §. & harum. s. ea. l.

d ¶Gl. quærit. Vide gl. notabilem in c. cum omnes. de const.

e ¶Non est verū. Potest & alia ratione ostendi, ꝙ dictū gl. nō possit procedere qa dato ꝙ staret dicto maioris partis, adhuc tn̄ non esset plene promissum, qa posito ꝙ non esset dare maiorem partē, vt puta quia esset datio tamē hr̄des, vel si plures, tn̄ ab vtraq; parte remaneāt, & hoc casu manet remediū, cū non sit vniuersale, sed an vbi datur maior pars possit procedere. Tn̄ huic obiectioni ita iudicio meo respondendū est, & tenendo gl. dicit non solum dēt cōsiderari ex numero maior ps, sed etiā ex cumulato partiū hr̄dis. sicut in simili videmus, & debem⁹ cōsiderare debiti cumulationē. s. de pac. & isto casu cessaret cōsideratio, & gl. bene diceret, qa posito ꝙ Sēpronius, cui legatū eēt hoc incertū, decederet relictis pluribus hr̄dibus, quos ex diuersis portionib. institui jssent, certè tūc staret illis q essent, instituti in ampliori portione, vt est tex. in l. sancimus. §. sināt amplioris. C. de dona. & voluit Bar. in l. fi. in pr. C. cōia de leg. Aduer. tn̄, ꝙ hæc solutio cōfunditur ratione qua confunditur opi. gl. vn̄ cogita, & vide tex. in l. si q̄ sunt cautiones s. fam. ercis.

f ¶Officiū iudicis. Adde fm Ang. & Bal. vt refert, & sequit̄ Ale. ꝙ hic fallit, nisi iudex videat iminere piculū scandali, qa tūc ꝑt eos cōpellere ad cōcordiā. l. æquissimū. s. de vsufr. & l. cōgruit. s. de off. præs. Et ēt dt Ang quòd si res, de qua cōtenditur, non pōt cōmode diuidi per partes, & in vsu rei partes sunt discordes, tunc recurrendum sit ad remedium diuisorium, diuidendo inter partes vsum alternis tēporibus. alleg. l. Lucio. de aqua quotidiana, & æst ua. & per hoc ꝙ si plures habēt iurisdictionē in Castro, & discordāt in vsu iurisdictionis cōpellendi sunt diuidere vsum per tēpora. Alleg. not. dictū Innoc. in c. prudentiā. de off. dele. in gl. q̄ est in verb. reus. ver. nobis. Alex. addit. gl. 16. q. 3. c. licet. q̄ dicit Abba. reputare notab. in terminis istis in c. fi. de re iudi. Tu etiam adde quod Bal. cons. 127. lib. 3. dicit, quòd valet arbitramentum latum ex abrupto, cum iudex videt partes ad arma paratas, Qualiter aūt plures fratres habentes iurisdictionem, illa vti debeant, vide Bar. consi. 189.

ſent petere vt forte dirimatur. arg. l. fi. in pri. C. cõmu. de leg. & qđ no. in l. in executiõe. §. fi. in gl. magna. Si vero alter paſſus ſit iã dã nũ, tũc recuperat à cohr̃de iudicio fami. erciſ. vt hac gl. & tex. hic
7 in ver. ſed quo caſu. ¶Sed q̃ro † in ſtipl'one generis, vel alternatiua, ſi decedat ſtipulator pluribus hr̃dibus relictis, & nõ ꝯcordẽt, qđ iuris? Rñ. ſi electio erat ſtipulatoris habes caſum in l. hr̃des. §. ſi incerto. ſ. fam. erciſ. Si vero erat electio ꝓmiſſoris, tũc res ẽ expedita, qa ꝑt offerre qđ vult. tñ ſi vni hr̃dũ vellet dare partẽ ĩ vno hoĩe, alij ꝑte in alio, nõ ꝯtingeret liberatio: vt. ĩ. đ ſol. l. q hoĩem. §. j. vñ ſol'one facta ꝓ parte vni, eius reſpectu actio eſſet in pẽdẽti, donec alteri ſoluat, ſicut. ſ. dixi in hr̃dibus ꝓmiſſoris, qa iſte recepit totũ qđ ſibi debeť. ¶Venio ad ver. & iõ. Oppo. ꝙ ĩpoſſibile ſit
a vnũ ex hr̃dibus inſolidũ ꝑſtare ſeruitutẽ. l. ꝓ parte. ſ. de ſerui. qđ
8 tñ dr̃ hic, ſed quo caſu &c. † Sol. iſte verſ. ꝑt referri ad primã illationẽ. ſ. de obl'one generis, vt tangiť hic in gloſ. Et ẽm hoc habes hic caſum, ꝙ vnus ex hr̃dibus, de neceſſitate in obl'one generis habet ſoluere totũ. qđ patet, qa ꝑt repetere p actionẽ fami. erc. l. hr̃des. §. ſi vnus. ſ. fam. erc. Nã licet actio, & ꝯdẽnatio fiat ꝓ parte, tñ pfectè nõ liberať ſoluẽdo ꝑtẽ, puto tñ ꝙ creditor nõ cogatur alias recipere ꝑtẽ niſi alij hr̃des ꝯſentiãt in aliis partibus eiuſdem hoĩs, l. in executione. §. ꝓ parte, ĩ. e. & hic qa ſi creditor reciperet partẽ, cogereť & hr̃s. q ſolueret ſpõte, agere neg. geſt. & ceſſaret iudiciũ fam erci. illud ãt qđ ſ. ꝓxi. §. fuit dictũ, ꝙ pro parte ſoluta ab hr̃de actio eſſet in pẽdẽti, eſt verũ ĩ ſpõte recipiente. Alio mõ legiť hic ver. ꝙ referať ad hũc caſum, qñ eſt indiuiduũ nã, & effectu, vt in j. ꝑte gl. & tũc ad ꝯria reſpõ. ꝙ nõ cõſtituit ſeruitutẽ inſolidũ, ſed ſoluit æſtimationẽ ĩſolidũ. ¶Sed tũc opp. qñ deueniť ad æſtimationẽ, nõ teneť niſi ꝓ parte, ergo ſoluẽs ſolidũ, nõ ſoluit ex neceſſitate, qđ tex. innuit, dũ dicit, fam. erc. Rñ. † qñq; actũ
9 eſt ꝯ vnũ ex hr̃dibus ad ſeruitutẽ inſolidũ, & eſt ꝯdẽnatus, tũc in executione, qa nõ ꝑt ꝯſtituere ſeruitutẽ, nõ liberať, niſi ſoluat ꝯſtimationẽ totius. Ita loquiť hic. Qñq; † ab ipſo initio formať
10 actio ad intereſſe tunc datur ꝓ hr̃ditaria portione, vt ĩ. e. l. ſtipu-
11 lationes nõ diuiduntur. Et ꝑdicta vera in hr̃dibus ꝓmiſſoris: † ſed ſi vnus ex hr̃dibus ſtipulatoris ageret ad viã inſolidũ, & deueniret ad executionẽ ſup intereſſe, nõ ꝑſtareť niſi pars. l. hr̃des. §. an ea. fam. erc. Rõ qa nõ eſſet æquũ, vt haberet plus debito: ſed in ꝑcedẽti caſu ſtipulator cõſequiť totũ, qđ ſibi debeť ab illo vno, & ille repetit à cohr̃dibus. ¶Nũc veniamus ad ver. ex quo dr̃ hic, ꝙ plures hr̃des ſtipulatoris &c. l. hr̃des. §. an ea. ſ. fam. erc. Solu vt in gl. ¶Vlterius op. de l. ꝓ parte. ſ. de ſerui. Sol. qñ fund' vadit ad ſucceſſorẽ ꝓ parte, ſtipulatio extinguiť &c. vt in gl. ¶Vlterius op. de l. ſi vnus. in fine. ſ. de ſeruit. ruſticorũ ꝑdiorũ. Certe ẽm vnã lecturã ꝯcordat, ẽm aliã diſcordat. Dic, & ſolue vt ibi. ¶Extra gloſſ. in
12 hoc ver. † q̃ro ſi ſunt plures hr̃des ſtipulatoris, quilibet habet actionẽ inſolidũ, & plures hæredes ꝓmiſſoris in obl'one ĩdiuidua tenenť inſolidũ. an ſint correi? & Cy. in auth. hoc ita. C. de duobus reis. dicit ꝙ nõ, qa ex nã rei dicunť inſolidũ obligati. Et gl. vr̃ in §. ſi tñ hominẽ. ĩ. eo. & tex. ſ. de euictionibus. l. rẽ hr̃ditariã. & dicã ĩ. de duobus reis. l. j. vel in l. reos. §. cum in tabulis. ¶Venio ad ver. ſed quidam. & quæro. qualiter debet intelligi. Et glo. ponit duos intellectus, & ẽm vnum intellectum fit vna obiectio, & eſt rñſio tacita, nõ expreſſa. Et ẽm iſtã pone caſum ſic, vr̃ ꝙ iſta ſtipulatio vitieť, qa deuenit ad eũ caſum, à quo incipere nõ ꝑt, vt cũ per ſingulos nõ ꝑt ſeruitus acqri. & hoc quidã iuriſcõſulti cõceſſerunt, & male. Vnde author legis rñdit: Difficile eſt quod ſeruitus cõſtituať pluribus, qa oportet oẽs cõſentire, alias nõ valet. l. receptũ eſt. cõia ꝑdi. cum ſimilibus nota hic in gl. Sed difficultas ꝑſtatiõnis nõ vitiat obligationẽ, qa per hoc nõ deuenitur ad eũ caſum, à quo nõ potuit incipere. Potuit enim, licèt cũ difficultate. ¶Secũdo mõ legiť. Opp. & vr̃ ꝙ hæc ſtipulatio vitieť, quia reus nõ ꝑt dare eandẽ ſeruitutẽ pluribus inſolidum, & ſic ſtipulatio vitiatur tanquam cõtinẽs impoſſibile, quod quidã ꝯceſſerũt. Sed Iuriſcõſultus author legis, dicit qđ illud eſt difficile reo, ſicut dare mille marcas ei, qui nõ habet, ſed difficultas non vitiat obligationẽ. Et iſta fuit lectu. Ioan. quæ colligitur ex gl. magna hic poſita. Tu te
13 ne primã ꝓ vera, & bona & ꝑcedẽs nõ eſt vera, † qa pluribus ꝑt ſeruitus inſolidũ conſtitui. l. Lucio. ſ. de aqua quotidiana, & æſtiua. & l. via. §. fi. ſ. đ ſerui. ruſticorum ꝑdiorũ. & ſic non eſt diffici-
14 le. ¶† Venio ad vnã q̃ſtionẽ gl. quilibet hæredũ habet actionẽ ĩſolidũ, vnus egit, & obtinuit, an poterit vti anteq̃ alij agant? Quidã ꝙ ſic, Ioan. quòd non. Vide iſtã glo. quæ iſtarum opinio eſt vera, & iſtud eſt difficile, & per gl. non poteſt haberi intellectus. Et videtur quòd prima opinio eſt vera, cum in confeſſoria, vnius victoria proſit alteri. l. loci corpus. §. ſi fundus. ſ. ſi ſeruitus vendicetur. Sed illud in ſeruitute conſtituta, ſecus in ſeruitute conſtituẽda, & ideo licèt vnus egerit, & obtinuit, ſibi pro parte non poteſt conſtitui, ideo nõ põt ipſe, nec alius vti ꝙ ſibi non poſſit conſtitui, eſt caſus in l. ꝓ parte. ſ. de ſeruitutibus. Quid dicemus? Iſta gl. debet intelligi hoc modo, ſi quidẽ hæredes ſunt in diſcordia, eis nõ ꝑt ꝯſtitui ſeruitus. l. itinere. & ibi nota. ſ. de ſerui. ruſt. prædiorum, & nullus poterit vti, cũ non poſſit ꝯſtitui, & ſic loq̃tur opinio Ioã. ſed ſi ille, q debet ſeruitutẽ vni vellet ꝯſtituere pro parte, nõ põt ꝯſtituere, tñ ille, cui eſt ſic ꝯſtituta, non poterit prohiberẽ quin vtatur. l. p fundum. ſ. de ſerui. ruſticorum prædiorũ. & ita lo
15 quit opinio aliorum. † Pone econuerſo ad gl. ꝙ vnus ſuccubuit; certe nõ nocet alteri. l. ſi de cõi. ſ. ſi ſerui. vẽdi. no. in d. §. ſi fund'. & alteri accreſcit, vt ſupra communia præd. l. proprium. & per in de eſt, ac ſi non ſit ille, qui ſuccubuit.

ADDITIO.

a Poma. L. pro parte. Melius facit tex. in l. ſecunda. ſ. de ſerui.

§. Si tamen hominem.

Iſte §. legitur in gl. duob' modis, & tertio ẽm Petrũ & melius ẽm ſuã lecturã, h. d. Per ſnĩam, & acceptilationẽ vnus ex hæredibus ꝓmiſſoris, q tenebať in gñe, ꝑt liberari. ¶Op. ſ. ea. l. §. j. & §. ex his. vbi vno ex pluribus hr̃dibus ſoluẽte, ñ ꝯtingit liberatio obligationis. Propter qđ gloſ. hic, in verb. ſi tñ. dat duas lec. Vna eſt, ꝙ loquiť in hoĩe certo in obl'onẽ deducto. ibi in gñe, & illa eſt in ſe vera; per l. ſi ſtipulatus. ĩ. de ſol. & eã tenet Dy. & gl. ſ. ea. l. §. j. in gl. mag. ſed nullũ dubiũ poneret. Alio mõ legitur, & loquitur in obl'one gñis, ꝙ interim ſit in pendenti. Sed iſta eſt ꝯ tex. ibi, pars duntaxat, &c. Præterea iſta lectura nõ eſt bona pp dictionẽ, ſi tñ, q̃ eſt aduerſatiua ſuperioribus. Vnde gl. dr̃, ꝙ hic fuit ſolutum ſtipulatori nolẽti, vt no. ſ. ea. l. §. j. Iſtud non eſt verũ, qa §. j. debet intelligi in ſtipulatore volente, qa inuitus nõ ꝑt cogi accipere ꝑtẽ, vt ſ. ꝓx. §. dixi. Quid ergo dicemus? Dic ẽm Pet. ꝙ ĩ obligatione gñis nõ ꝯtingit liberatio p ſolutionẽ. ſed per acceptilationẽ, & ſnĩam ꝯtingit pro parte. Et rõ eſt, q̃ ponitur in l. in executione. §. ꝓ parte. ĩ. eo. Et eſt rõ. ne alius hr̃s poſſit ſoluere partẽ in alio homine, quod eſt abſurdum. partem n. haberet ĩ diuerſis hominibus: ſed in ſnĩa, & acceptilatione hæc ceſſat iniquitas, quia vnam partẽ tantummodo debet habere. Et per hoc habes intellectum l. q hominẽ. ĩ. de acceptila. & ẽm hoc expone h c egero, & ſuccubuero, licet gl. aľr dicat, & non bñ. Sed iſta rõne attenta, dicas ſemper pro parte liberatiõnẽ poſſe ꝯtingere, vbi non deueniť ad illã iniquitatẽ. ¶Op. de l. ſi ex pluribus. primo rñſo. ĩ. de acceptilat. Gl. q̃ ẽ hic in ver. acceptolatũ, dat duas ſolutio. & q̃libet eſt bona. Vna, ꝙ ibi ſunt duo rei, hic nõ. Et ẽm hoc dixi vobis. ſ. ꝓxi. §. ꝙ idẽ ẽ ĩ re indiuidua in obl'onẽ deducta, & nõ ſunt duo rei, & tene menti hanc gl. ¶Quærit gl. quid ſi acceptilatio fiat đ vna ſpecie in obligatione gñis? Dicit, ꝙ contingit liberatio. l. & per iuſiuran. ĩ. de accept. §. ſi is qui hominem. ſed ſecus in pactis. l. ſi vnus. §. ſed ſi gñaľr. ſ. de pactis. Dic vt ibi, & d. §. ſi is qui hominẽ.

1 *Pœna in ſtipulationibus facti, vno ex hæredibus contrafaciente, committitur inſolidum.*

2 *Intereſſe quando conſideretur in ſtipulationibus pœnalibus.*

3 *Intereſſe, in obligationibus facti, an ſit, an vero ipſum factum.*

4 *Pax an dicatur rupta, quando eſt facti, & promiſſum non offendere te, neque tuos, & offenditur vnus ex hæredibus ſtipulatoris.*

5 *Repreſalias ſi Florentinus habet contra Piſanos ob delictum vnius Piſani, vr̃ Piſanus excutiatur Florentiæ, an excuſſus agere poſſit contra illum cuius occaſione repreſaliæ fuerunt conceſſæ.*

§. Item & ſi in facto.

Vidiſtis ſ. de obligatione iuris, & et aliquaľr facti, nũc ponit đ obl'one facti mere, & vſque ad §. Cato. hoc intendit. Vno ex hæredibus cõpromiſſoris contra faciente oẽs tenentur pro hæreditaria portione, ſed ſi vni ex hæredibus ſtipulatoris contra fiat, pro parte ſua tñ ſtipulatio cõmittiť ad intereſſe, ad pœnã vero committiť inſolidũ, licèt aliĵ cẽtes exceptiõe doli repellanť. h. d. Primo loq̃tur, qñ vnus ex hæredibus promiſſoris contrauenit. Secũdo, qñ ventum eſt ꝯtra vnum ex hæredibus ſtipulatoris. Tertio diſtinctionẽ ponit. Quarto rõnẽ ſuæ diſtinctionis aſſignat. Quinto extendit ad aliã obl'onem. Secũda ibi, ꝯtra aũt. Tertia ibi nã ſi pœna. Quarta ibi, in l. eadem. §. ſed hæc dr̃ia. Quinta ibi. in l. eadẽ. ĩ
1 prin. ¶† Nota ꝙ in ſtipulationibus facti, vno ex hæredibus ꝓmiſſoris contra faciẽte committitur pœna inſolidum. ¶Item nota, ꝙ vno ex hæredibus ſtipulatoris, &c. ¶Oppo. ĩ. eodẽ. §. Cato. reſpondet gl. hic ĩ factis indiuiduis loquitur. §. Cato. loquitur in factis diuiduis. Et iſtud contrarium tangit gl. magna. hic poſita. ¶Oppo. de ea. l. ver. ex quo quidẽ. vbi quilibet hr̃s ſtipulatoris habet actionem inſolidum. Sol. qñ agitur ad ipſum factum indiuiduum, quilibet hæres agit inſolidum, vt in ver. ex quo quidẽ, ſecus qñ deuenitur ad intereſſe, quia tunc pro parte agunt, vt hic. ¶Opp. ſi vnus ex hæredibus vadit ad rem communem, vadit nõ nomine omnium, & pro omnium vtilitate, quia nulla eſt particula, quæ nõ ſit cõmunis. l. Mæuius. §. duorum. ſ. de leg. 2. ergo cohæredum intereſt. vt ĩ. eodẽ. l. ſi ſtipulatus fuero per te. & ſic poſſunt agere. Sol. intelligo ꝙ ibi ibat coheres ad fundum ſuum ꝓpriũ, q ſibi in diuiſionẽ obuenerat, vel ad partẽ ſuam pro diuiſo, alias ſi iret ad communẽ pro indiuiſo, cũm iret nomine omniũ om-
2 nes videntur prohibiri. d. l. ſi ſtipulatus. ¶† Oppo. in ſtipulationibus penalibus nõ conſideratur intereſſe. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ĩ. eodem

ꝟ.eo.Gl.q̄ est hic,dicit de stricto iure ñ inspicimus,sed de æqtate sic.Et vide gl.in l.idē iuris.sup ver.ꝯmittat.q̄ incipit,stricto.& ſm gl.istā.§.alteri.videret̃ imponer̃ legē verbis,& ñ reb.qa de æqtate pœna imposita ñ vꝫ.Dicit Pet.ꝙ qñq; solet apponi pœna in stipulatione,de cuius nā venit interesse,& tunc si nō interest,ñ agit̃,vt hic.Qñq; apponit̃ pœna rōne ꝯtēptus,vbi interesse nō venit,& tūc ñ inspicit̃ an intersit,d.§.alteri.Sđ ista solutio vr̃ ꝯ casum l.vltimæ,ꝟ.de p̄t.stip.Dicūt ipsi,nos rñdemus,& fatemur,ꝙ ñ dēt ꝓbar̃ q̄tū interesset,sđ ꝙ aliqd intersit,hēt ꝓbar̃.Sđ illud nō ē verū,qa sine aliqua ꝓbatione ꝯmittit̃ pœna.Dy.ꝓbat,in ꝯpromisso venit interesse.l.diē ꝓferre.§.fi.s̃.de arb.Sđ video,ꝙ si in ꝯpromissis pœna est apposita,nō inspicimus an intersit.l.cum pœna.s̃.de arb. ḡ illud dcm̄ nō est bonū.Qualr̃ dicemus?Dicit ipse.Aut offenditur directo ille,cui est ꝓmissum,& tūc ñ inspicimus interesse Si vero offenderet̃ alius nō ille cui principalr̃ est ꝓmissum,& tūc inspicimus,an ītersit,vt hic.Et hāc sol.dat ipse hic,& in d.§.alteri.Sđ ſm illud dcm̄ Dy.iā seq̄ret̃,ꝙ hr̃s hic offensus hr̄et ꝓbare sua interesse,aliàs nō posset agere qđ est ꝯ istū text.vbi nō inspicit̃ an ītersit. Itē est ꝯ.l.fi.ꝟ.de p̄t.stip.sđ si Dy.voluit hoc intelligere, vt dicā,bñ dixit.Dic,ꝙ si offendit̃ iste,cui principalr̃ est ꝓmissum,siue ille,q eius ꝑsonā representat stip̄ro ꝯmittit̃,nec inspicimus an intersit l.stipulatio ista.§.alteri.ꝟ.eo.& §.alteri.Inst. de inutil.stipula. Sđ si offendit̃ alter,q̄ cui principalr̃ est promissum,vl̃ alius, q ꝑsonam eius nō representat,tūc inspicit̃,an intersit stipulatoris,vel hæredis eius q eius ꝑsonā representat,vt hic, & in d.l. cū pœna ꝯiūcta. l.aduersus.s̃.de arbitris.& quasi est casus hic.Nā hr̃s rep̄sentat ꝑsonā defuncti in totū,si est hr̃s vniuersalis.l.hæreditas.s̃.de acq.rerū dñio.Sđ hr̃s particularis pro parte qua est hr̃s,rep̄sentat ꝑsonā đfuncti,in alia parte est exneus.l.cū à mr̃e.C.de rei vēd. & nota in l.secunda.in gl.magna.in §.fi.ꝟ.de p̄to.stipula. Mō hic hr̃s offensus & prohibitus,ꝓ parte sua agit,& ꝯmittit̃ stipulatio cum effectu,licèt sua non intersit,dicta l.cum pœna.coniuncta l.aduersus supra de arbit.sed pro parte aliorum qui representant personam defuncti committit̃,non tamen effectualiter , quia obstat exceptio,cùm sint quātum ad illam partem extranei , vnde offensione facta alteri,nō possunt agere.d.l.aduersus.¶†Quæro,in obligatione facti,qd est,an factū an interesse?Et hoc dicā in l.stipulationes non diuiduntur,vbi quæstionem istā examino,& vide gl.

4 primam huius,§.quæ incipit, sequitur de his. †Et tene menti istum §.quia est multū no.ad instr̄a pacis,promitto ꝑ me,& meos hæredes nō offendere te,& tuos hr̄des, qd si offendit̃ vnus ex hæredib.stiplr̄oris,vel promissoris?Hic Iac.de Are.tangit hoc,& dice

5 tur plene in §. Cato.Itē dñs Iac.de Are.†inducit ad aliam qōnem. Quidam Florentinus hēt rep̄salias ꝯ Pisanum,occasione cuiusdā delicti cōmissi per vnū Pisanū,modò quidā alius Pisanus iuit Florentiā,ille qui hēt rep̄salias excussit istū iste Pisanus reuersus vult repetere ab isto,cuius occasiōe datæ sunt rep̄saliæ,an possit?Et vr̃

a ꝙ sic,a per istum §.& per l.si vero.§.cū aūt.s̃.de his,qui deiecerūt, vel effuder.& l.licèt.§.fi.s̃.nau.caup.stab.& l.nā & Seruius.s̃.de nego.gest.Nō determinādo dico , sed allegādo alibi forte dicemus.

ADDITIO.

a ¶Videtur quòd sic.Adde & limita ſm Bal.hic cū quo transit Pe.de Anch.hic & Ang.in l.nam & seruus.s̃.de neg.gest.& Pau.de Ca.hic, si iustæ represaliæ fuerint concessæ,aliàs secus,per l.si imprudentiam.in prin.s̃.de euic.

LEX IIII.

1 *Indiuiduum quantum ad præsentem §.sumitur tribus modis.*
2 *Obligatio,rem tradi,quare sit magis indiuidua,quàm rem restitui.*
3 *Actio ad rei restitutionem,quando restitui est in obligatione,quando detur cōtra possidentem insolidum,vel detur pro hæreditarijs portionibus.*
4 *Exceptio dominij nō p̄ot opponi contra agentem interdicto,de vi & vi arma.*
5 *Offic.iudi.cōpetens alicui contra non obligatū,habet naturam actionis realis.*
6 *Qaliter quis teneatur ad indiuiduum.*
7 *§.Cato.in quibus habeat locum.& nu. 13.*
8 *L.in depositi.supra depo.loquitur in facto indiuiduo quo ad solutionē tantum.*
9 *Oligatione rem restitui,ille solus tenetur,qui dolum commisit,si ambo,ambo tenentur insolidum,& an sint duo rei.*
Obligatio,rem restitui,quæ contrahitur secundario ratione doli , vel culpæ, est omni respectu indiuidua.
10 *Dictio quodammodo,est nota improprietatis.*
11 *Pœna seu interesse,si contra fiat,in obligatione facti indiuidui,qualiter & aduersus quos committatur.*
12 *Stipulatio ad pœnam,vel interesse si fiat contra stipulationem continētem factum diuiduum,vel dationem, qualiter , & aduersus quos committatur. & nu. 19.vbi distinguit.*
14 *Difficultas licèt non impediat obligationem principalem, tamen superueniēs ex post facto impedit committi stipulationem pœnalem,& numero 17.*
15 *Promittens dare fundum,& si non dederit,pœnam,si decedat, vnus hæredum potest soluere fundum,& euitabit pœnam.*
16 *Promittens simpliciter ratū sine aliqua pœna,siue sit dñs siue procurator,& cōtra facit in parte,tenet ad interesse pro parte,qa in plus non interest sua.*
18 *Stipulatio facti diuidui,cum pœna interposita in iudicijs,si in parte non obseruatur,committitur insolidum,licèt interposita obstet exceptio pro parte,secus in contractibus,quia committitur in totum,& non obstat exceptio , & idem in iudicijs impertinentibus ad decisionem.*
20 *Stipulatio pœnalis facti indiuidui adiecta facto diuiduo si fiat contra stipulationem facti diuidui per vnum ex hæredibus promissoris,an in totum , vel pro parte committatur.*
21 *Pœna an committatur contra omnes hæredes facti,an vero contra non defendentes tantum,& quid in stipulatione præterita.& numero.13.*
22 *Stipulatio de defendendo in vna actione est indiuidua.*
23 *Intellectus l.pœnales.§.Iulianus.ad l.Falc.*
24 *Stipulatio rem ratam haberi,de qua in hoc tex.an sit prætoria,& infra num. 28.in fin.*
25 *Intellectus l.cum ex causa.infra eod.*
26 *Promittēs nō excipere,qñ dicatur ꝓmittere factū diuiduum, vel indiuiduū.*
27 *Obligatus ad agendum contra aliquem,quando dicatur obligatus ad factum diuiduum vel indiuiduum.*
28 *Stipulatio amplius non agi,an sit diuidua vel indiuidua.*
29 *Stipulatus sibi,& hæredibus suis vsum alicuius fundi,si decedat pluribus hæredibus relictis,an quilibet habebit totum vsum,vel partem eius.*
30 *Pace facta cū Titio,facta fuit promissio de non offendendo per se suosque hæredes:Titio mortuo,relictis pluribus hæredibus,si vnus offendatur,an pœna committatur insolidum,& num. 33.*
31 *Obligatio dicitur transitoria,& non transitoria ad hæredes,ex natura rei super qua interponitur.*
32 *Pace facta vt supra si vnus ex hæredibus promissoris offendat, ꝙ pœna committur aduersus omnes pro portione hæreditaria.*
Stipulatio vsusfr.ex p̄te creditoris est ꝑsonalis, ex parte promissoris est realis.
Stipulatio pro alimentis ex parte promittentis,dicitur esse in rem, ex parte creditoris personalis.
33 *Statuto stante quod qui occidit occidatur,nisi habuerit pacem ab hærede occisi,& occisus habeat plures hæredes,an sufficiat habere pacem ab vno.*
34 *Hæredum maior pars quæ dicatur.*

Eadem dicemus,& si dolum abesse.

§.Cato. Iste §.difficilis est in sua materia, in cuius repetitione tenebo ordinē ꝯsuetū.Primo ꝯtinuo hūc §.ad p̄cedentia ſm Petrum.hoc modo.Dictum est s̃.in l.2. ꝙ stipulationum q̄dam sunt in dando,q̄dam in faciendo ꝯsistunt, de his q̄ in dando ꝯsistunt,dixi.s̃.eo.l.2.vsq; ad §.item si in facto.licèt ibi dixerit de seruitutib.q̄ hñt in se aliquid facti,vt no.s̃.eo.l.2.§.j.& ibi dixi,& ibi incipit dicere de his,quæ in faciendo ꝯsistunt,& hoc prosecutus est vsq; huc.verum quia Cato circa hoc posuit vnū suū dictum obscurum,ideo illud hic ponit, & declarat bene Iuriscō. ¶Scđo iste §. diuidit̃ in quatuor partes. Primo ponit dictū Catonis , de cuius intellectu dubitat̃ vsq; ibi ab oīb.In scđo distinctio Catonis declaratur vsq; ibi differentiæ. In tertio differētiæ rōnē assignat,vsq; ibi,sed videamus.In quarto reuocat id dubiū ꝙ primo ꝓ ꝯstāti posuerat,& decidit vsq; ad fi.nr̄i §.Hāc diuisionē ponit Dy.Pet.Iac.de Are.& oēs diuersimode loquunt̃.¶Tertio pone summarium sic.Pęna adiecta facto indiuiduo si ꝯtrafiat ꝑ vnū ex hæredib.ꝓmissoris,pro parte hæreditaria committitur contra oēs,in facto vero diuiduo,pro parte contrafacientis tātūmodo, sed aduersus ipsum cōmissorē insolidum. ¶Veniamus ad casum in terminis.Præmitto tñ ad euidentiam, ꝙ iste §.ſm cōem lect.loquatur de quatuor stipulationibus quarum duæ cōtinent indiuiduum,vt per te ita fieri, vel per te nō fieri quominus mihi ire, vel agere liceat.Aliæ duę ꝯtinent diuiduū,vt amplius nō agi,& Titiū hæredem eius ratum habiturum.Hoc præmisso,sic forma casum. Quidam promisit se aliquid facturum,vel nō facturum,& si contra stipulationem veniret,promisit certam pœnam , iste promissor decessit pluribus hæredibus relictis , vnus venit contra promissa,dubitabat̃ qualiter & aduersus quos stipulatio pœnalis cōmittatur.Nam inuenio,ꝙ Cato scribit, ꝙ pœna qñq; committat̃ aduersus oēs pro portione hæreditaria,qñq; aduersus illū tantū, qui ꝯtrafecit pro portione sua. Modò quæro à vobis domine Iuriscōsulte,ꝙ declaretis mihi distinctionē Catonis.h.d prima pars Ad hoc respondit,ꝙ si pęna fuit adiecta facto indiuiduo , tūc pęna committitur aduersus oēs.Si verò facto diuiduo,tūc aduersus eum,qui cōtrafecit tm̄.Exempla patēt in litera,& est clara,& hoc dicit scđa pars.¶Tertio quæritur , quæ sit ratio differentiæ inter istos duos casus.Responsio patet in tex.h.d.tertia pars. ¶Sequit̃ versi.sed videamus.vbi est duplex litera.quidam hñt literam affirmatiuā,quidā habēt literā negatiuā, & ista hr̃ cōiter,& istā prosequor.Et licet litera sit satis scrupulosa,gl.bñ eā declarat Pone casum vt habes in gl. & lege literā cū apostilis cōib. Notabilia collige ꝑ teipsum.Veniamus ad materiā examinandā per ꝯtraria, & qōnes,& in tractādo mām tenebo hūc ordinē, qa hic tractat̃ de facto indiuiduo.Primo in ꝯrijs tractabo qualiter ipsi principales, & eorū successores teneātur ad ipsum indiuiduū.Secūdo,quar̃, aduersus quos pœna & interesse cōmittat̃,si ꝯ fiat tam contra p

ſos principales,q̃ ēt ꝯ hr̃des,& eod.mō tractabo de diuiduo. alia
tractabimus per qōnes.¶Primo ergo oppon.hic dr̃,ꝙ ſi vnus ꝯ-
fecit,oēs tenenť pro hr̃ditaria portione.Contra, qa in indiuiduis
qlibet hr̃dū teneť inſolidū,vt s̃.e.l.2.§.ex his.ſcđo rn̄ſo.Solutio.Si
agiť ad ipſum indiuiduū,,qlibet teneť,inſolidū, vt ibi: ſi ad pœnā
qlibet teneť pro parte hæreditaria,vt hic.¶Scđo ꝯ iſtud opp.for-
titer, rem tradi,ſeu rē reſtitui,dr̃ factū indiuiduū,vt ĩ.eo.l.ſtipula-
tiōes nō diuidūť.ſcđo rn̄ſo,& s̃.depoſ.l.ſi duo.Sed ſi duob.cōmo
daui,vel apud duos rē depoſui,ita ꝙ teneanť ad rē reſtituēdā, qli-
bet tenetur pro parte, vt s̃.depoſiti.l.j.§.ſi apud duos. & ibi no.Itē
ſi vnus cōmodatarius decedit relictis plurib.hæredib.oēs tenenť
ad rē reſtituendā ꝓ portione hæreditaria,vt s̃.cōmoda.l.3.§.hr̃s.ſ
pȝ ꝙ ñ ē verū,ꝙ dr̃,in indiuidis ipſos principales,vel hr̃des tene-
1 ri inſolidū.Solutio.†Indiuiduū ſumiť quantū ad ꝓpoſitū altero
de trib.modis.Nā quoddā eſt indiuiduū ad ꝯctū,ſeu ſtipulationē
& quo ad oblōnē , & quo ad ſolutionē,vt ſeruitutes, q̃ pro parte
non pn̄t deduci in ſtiplōnē,nec ꝓ parte ſolui, & iſtæ nō diuidunť
inter hr̃es,ſed qlibet hæredū teneť inſolidū,d.§.ex his.& d.l.ſtipu
latiōes nō diuidunť.in prin.Quædā sūt oblōnes diuiduæ quo ad
ꝯctū,ſed ex poſtfacto ſunt indiuiduæ,quo ad oblōnē, & ſolōnē,
vt oblōnes factorū indiuiduorū,vt rē tradi,foſſam fodi,inſulā fa
bricari,& ſimiles.iſtæ.n.ab initio pro parte pn̄t deduci in ſtiplōnē
qa poſſum ſtipulari rē pro parte mihi tradi.l.locus.de acq.poſ.Itē
partē inſulæ ædificari,& in iſtis idē qa qlibet hæredū teneť inſoli-
dū,vt d.l.ſtiplōnes nō diuiduntur.2.rn̄. Quædā ſunt diuiduæ quo
ad ꝯctū,& quo ad obligationē,ſed quo ad ſolōnē tm̄ ſunt indiui
duæ,vt oblatio rē reſtitui , & iſta diuidiť quo ad obligationē iter
3 ergo, q̄ est iō, qa non fuit læsa. ¶ Ad s̄m opp. qđ † actio nō cōpetat: qa actio semel extincta nō p̄t amplius resuscitari. l. qui res. §. areā. j. e. Dicit gl. in ver. liberata. q̄ hic actio prima sublata est exceptione, nō ipso iure. qa si ipso iure, non posset resuscitari, vt in ɔrio. Glossa mouet hanc q̄nē. C. de trans. l. si diuersa. in verb. agi. Mihi vr̄ q̄tū ad casum legis propositæ, quod glossa non dicat verum. Nā hic magistratus tenebatur ex delicto & actiones descendentes ex delicto tollunt̄ p pcm̄ ipso iure, l. si tibi. §. quædā. & l. si vnus. §. pact⁹ ne peteret. s. de pcis. Dico ergo, qđ textus voluit directo soluere, q̄ actio vtilis restituitur quæ prius fuerat directa, & sic qđ dr̄ q̄ actio extīcta nō resuscitat̄ fateor, eadē, sed vtilis sic, vt
4 hic, & videbitis ī d. §. areā. Dic ergo tria † verba, qñ recedit̄ à trans-
a actione an possit agi actione prima a vel qualiter. Dic, aut per transactionē fuit sublata actio ope exceptionis, aut ipso iure. Primo casu, p̄t agere prima actione vt hic, s̄m istam gl. q̄ dicit verū in se. Aut fuit sublata ipso iure, & tunc aut est talis actio, q̄ nō pōt partium cōuētione restaurari, vt actiones descendentes ex delicto; & tunc à lege restituitur prima, vt hic. Aut pōt restaurari partium conuentione, & tunc debet agi cōdictione sine cā, vel ob causam, vt se ponat in pristinam obligationem, l. si quis accepto. & quod ibi no. s. de condictio. causa data.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Actione prima. Si de consensu partium receditur à transactione, an agatur actione prima. adde bar. in d. l. si diuersa. & scripsi post Sal.

1 *Periculum nominis cessi pertinet ad cessionarium, si superuenit post cessionem, si tempore cessionis, ad cedentem.*

Periculum nominis venditi ad quem pertineat, remissiue.

a §. Soror. a † Periculum nominis cessi p̄tinet ad cessionariū
1 h. d. ¶ Op. s. so. ma. l. si cū dotē. §. si mulier. Dicit gl. Spāle est ibi in dote. Tu dic, Aut loqueris de periculo inopiæ subsecutæ post cessionē, & loquitur iste §. Aut loqueris de piculo inopiæ subsistentis t̄pe cessionis, & loqt̄ ɔria lex. & quod plene dixi in l. qui satisdare. supra de fideiussor. in nomine vero vendito, cuius sit periculum, dic vt in l. si nomen, & l. seq. supra de hæ re. vel actio. vend.

CONCORDANTIA.

¶ Pro saluando Bar. in hoc §. soror, vide concordantiam, quam posui ad l. prætoriæ, 2. j. de prætoriis stipu.

ADDITIO.

a Ale. Soror. Vide bar. per istum tex. no. in l. p̄toriæ. 2. j. de præto. stipulatio.

§. Cum eodē. Dr̄ hic, q̄ pretium conuertitur p rata in quemlibet creditorem. Contra supra eo. l. in his. §. Imperator. Sol. vt ibi, & dic vt ibi dixi.

LEX XCVIII.

1 *Euicta re pro pecunia in solutū data agitur prima actione, & hoc fauore dotis.*

2 *Limitatio ad titulum de reputationib. quæ fiunt in iudi. resti. in integ. vt non habeat locum, quando minor fuit circunscriptus dolo creditoris.*

Casus, in quibus ex futuris in præteritum æstimamus.

Qui res. Euicta re p alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputetur. Itē ad liberationem sufficit rē p̄fecte solutam ex postfacto creditoris fieri. h. d. Valde singulare principium est hoc, & diuiditur in quatuor partes. Primò, qñ res data in solutum euincit̄, & recipiēti eā in solutum non potest dolus, vel culpa imputari. Scd̄o qñ potest ei imputari culpa. Tertiò, qñ p̄t ei imputari dolus. Quartò, qñ res data in solutum ab initio creditoris perfecte nō efficitur. Secūda ibi, diuersum. Tertia ibi, huic applicatur, Quarta ibi, rem autem.
1 ¶ † No. ex primo dicto, quod euicta re pro pecunia in solutū data agitur prima actione. Cōtra in l. si p̄dium. C. de euictio. & l. eleganter. in prin. s. de pig. act. huius timore dicit Dy. qđ gl. q̄ est hic intelligit, q̄ fuit data in solutum res pro pecunia, non dicit verum sed Dy. intelligit, qđ dos erat in specie, & sic fuit soluta res pro re.
a Sed hoc vr̄ ɔ̄ tex. Iac. de Are. alr̄ dt, vt dixi in l. a si qs aliā. s. eo. Tu dic hic eē spāle fauor̄ dotis, ar. eius qđ no in l. si cū dotē. §. si mulier. s. so. ma. Ideo dixi, q̄ iste est casus singularis, nec credo esse alibi: Istā mām tractaui plenius in l. si qs aliā. s. e. ¶ Venio ad ver. diuersum. Opp. q̄ quis teneatur re euicta ex ordinario iure, vt s. de euic. l. minor. & l. si cum venditor. §. si is. Huius timore gl. intelligit hunc ver. qñ libertus donauit alicui fundum, iō re euicta non tenet̄ de euictione, qa fuit donatio. l. ad res donatas. s. d ædil. edi. Certe s̄m hoc iste ver. nō hēret dubitationē, nec faceret aliqd ad p̄missa, nisi sustinēdo gl. velis dicere, q̄ donō hic īcipit à p̄missione, & soluit libertus: vñ re euicta, al's tenet̄ de euictione, vt no. in l. Aristo. in fi. supra de do. sed qñ reuocat̄ p Fauianā de euictione, nō tenet. Et hic ē singularis casus tñ licet hæc lec. i se possit sustineri, ñ tñ ɔgruit lr̄æ i proposito. Nā s̄m hoc, res q̄ debet̄, soluitur. sed mā huius legis ē, qñ soluit aliud p alio. iō alij ponunt hic casum, q̄ libertus suo creditori, cui debat decē dedit in solutum rē valēte viginti in fraudē patroni. Vñ illud, qđ vз vltra decē, reuocat p̄ronus actione Fauiana, & tñ creditor non p̄t agere actione prima, vt hic. Sed ɔtra hoc op. de l. si quis aliā. s. e. vbi parte euicta agit̄ actione prima. Sol. Fallit illud, qñ euincit̄ p actionem Fauianā vt hic. Rō p̄t esse, s̄m qđ dt Dy. qa creditori p̄t imputari culpa in eo qđ recipit à liberto rem maioris p̄tij pro minore. Vñ pp sui culpā hoc ɔtingit. Nā sciēdo suas ɔdōnes, hoc debuit cogitar̄, vt l. q cum alio. j. de re. iur. & iō dico, si creditori ñ p̄t imputari culpa qa p hoc ñ dēbat verisilr̄ credet̄ p̄ronū fraudari, tunc duraret prima actio, re euicta, d. l. si qs aliā. s. e. vl' agere de euictione si ē promissum. vt l. fi. s. đ ɔd. ob cau. ¶ Venio ad ver. huic applicat̄. hic hēs q̄ licet minor restituat̄, ñ tñ restituitur actio creditori. Contra C. de rep. q̄ fin. ī iud. ī integ. rest. l. j. & l. in cāæ. j. ī fi. & l. seq. s. de min. Huius timore qdā dñt, q̄ istud, qđ hic dr̄ ī hoc tex. huic applicatur, &c. applicatur principio legis, ñ proximo p̄cedēti rñso. & sic cū ɔrio ɔcordat. Certe hoc ñ vr̄ de mēte Iuriscōsulti. Est, n. violat̄
2 lr̄ā. Vñ dic s̄m gl. q̄ applicat̄ p̄cedēti rñso. Ad † ɔtrariū rñdeo, b q̄
b hoc iō, qa minor fuit circunscriptus dolo creditoris. qđ no. quia p hoc litat̄ tota illa mā de reputationib q̄ fi. in iud. ī īte. rest. Nec hēs hunc casum i terminis nisi hic. Sed rōne hēs in multis locis, arg. ad hoc. l. si Titius. s. de fideius. Facit l. pp veneni. §. neptis. ad Syl. ¶ Venio ad ver. rem aūt. Dr̄ hic, q̄ soluendo rē castrēsis peculij, vr̄ soluere rē alienā. Cōtra, j. de cast. pecu. l. hr̄ditate. §. pater. in prin.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Vt dixi in l. Hic est speciale fauore dotis, & etiam idem tenet Bal. in l. libera. C. de sen.

b Poma. ¶ Ad contrarium respondeo No. ex ista doctri. quòd in omnibus casibus in integrū resti tutio minori non nocet, & prodest alteri, quia illa nocet & non prodest, quando læsio causatur ex dolo illius tertij, & vide Ale. in l. j. §. nunciatio. in fi. ff. de ope. noui nuncia.

prin.& in fi.Gl.nõ soluit.Dy.dicit,q in prin.illius §.libertas tenuit propter præsens ius patris:in fine vero debet intelligi sm istã legẽ ¶Itẽ op.de l.qui rem.in fi.C.de euic.Sol.ibi in vẽditione, in qua non requiritur,q quis faciat rem accipiẽtis:sed sufficit,q tradat, nisi esset in dolo,l.seruus quem.in fi.ff.de act.empt.Quæro, vtrũ sint plures casus,in quibus ex futuris in præteritum æstimamus? Gl.multos enumerat.dic vt in gl.

§.Mihi decem dari. Causa leuior vel durior adiectionem nõ vitiat.h.d. ¶Op. non potest esse plus in accessorio, quam in principali,l.hi qui accessionis.ff.de fideiuss.& l.Græcè.§.illud.eo.ti.Sol.nõ põt esse plus in accessoria obligatione.vt in contrariis:sed hic loquitur in adiecto,in quo nulla obligatio fundatur.

1 *In alternatiua summarũ,id,qd minimũ est,est in obligatione,& ibi de ratione.*
2 *Pœna in obligationib.quãtitatis,nõ põt esse maior sorte,nisi datio conferatur ĩ personam alterius:qa tũc nõ est mera datio.sed hẽt naturã obligationis facti.*

§.Qui stipulatur. Iste est difficilis §. Primo loquitur, qñ pp adiectum stip'o est ɔdõnalis,& hoc coll'r ex dictione,si.Scdo,qñ est ɔdõnalis, & hoc apparet ex mẽte exp'ssa.Tertiò,qñ de hoc nihil appart.Quarto ponit vnũ casũ,qñ adiectus adiicit ad maiorẽ ɋtitatẽ,ɋ pricipalis.Scda ibi,& iõ Tertia ibi at vbi.Quarta ibi,ɔ̃.¶Op.ad fin.qa ĩ accessorio ñ pt eẽ pl' l.Grece.§.illđ.ff.đ fidiu.& Inſ.đ fidiu.§.nec pl'.Solue vt dixi ff.px.Nã hic in adiecto,q nõ apponit ad obl'onem. ¶Itẽ op.
1 †qñ alternatiua cadit inter summas,sp minor est in obl'one.l.inter stipulãtẽ.§.si stipulãte.& l.si ita stipulatus fuero decẽ,aut qnq; de verbo.obl. Sol. ibi eidem debebant solui decem aut quinque hic diuersis.Ita dicit gl.& bñ.Rõ,in alternatiua summarum iõ minimũ est in obl'one:qa inter summas ñ cadit affectio:sed vbi affectio caderet,vtrũque eẽt ĩ obl'one,vt ff.ti.j.l.si is cui decẽ.& ibi dixi.Sđ hic rõne adiecti pt mea interesse, Forte facilius soluerẽ vni alteri decẽ,ɋ tibi quinq;,vel pp affectionẽ,ɋ habeo ad personam adiecti:qa anteɋ rẽstituat tibi,aliqđ ɔmodũ sentiet:vl' p p aliã rõnẽ: sed vbi ẽ eadẽ psona,ista affectio ñ cadit.¶Extra gl.opp. ad fin.
2 rñsum.& vr,† q in ɋtitatib nõ possit pœna eẽ maior sorte:quia sic esset in fraudẽ vsurarũ,l.cum allegas,C.de vsur.hic dr ɔ̃riũ: qa si nõ soluo quinq;,pmitto dare decẽ.Sol.illud in oblonib. dãdi mere:sed istud nõ vr mera datio,qñ cõferr datio in psonã alte-
a rius.Vel si dicas,q sit mera datio,tñ hẽt eandẽ nãm,a quã hẽt obl'o facti,vt vidistis ĩ l.liber hõ.in fi.ff.de ver.ob.& l.si pœnã.eo.ti. Et p hoc pñt vsurarij facere fraudẽ,vt dicãt sic,promittis dare Titio decẽ hinc ad pascha:& si ñ dederis,pmittis mihi viginti noĩe pœnæ?Nã tũc nõ vr adiectum in fraudem vsurarũ,p hãc legẽ,vl. rñ.Quæro,postquã quinque sunt soluta adiecto,reliqua quinq; qualiter petentur:nã adiectus nõ habet actionẽ principalis,stipulator ñ vr hẽre actionẽ,qa illa quinq; vltra vr stipulatus alteri,nõ sibi:Rñ.stipulator principalis hoc petet:qa ĩterẽ sua,vt soluat suo pcuratori:ɔstat aũt hũc adiectum esse pcuratorẽ suũ,qd appart: qa eũ ɔuenit actione mãdati,l.liber hõ.§.fi.de verb.ob.& l.stipulatio ista,§.si qs insulã,e.ti.Sed si nõ esset pcurator suus hrẽt maius dubium,idem tamen videtur cum competat actio neg. gest. nisi aliud appareat.

CONCORDANTIA.

¶Qui stipulat.Pro ɔcordia aduerte,tertij psona,qñ ĩ psonã suã collata est,pœna adiecta dationi quãtitatis.operat,vt nõ censeat adiecta in fraudẽ vsurarũ.ita Bart.in hoc §.q stipulat.& in l. liber homo.2.ff.de ver.ob.Cõtrarium innuit sm doc.Alex.in add.in l. cum seruus.ff.de cõd.& dem.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.Solutiones plures dari pñt,quia satis ampla est mã.Sed breuiter in d.l. cum seruus.& in d.§ si tibi.nõ loquitur qñ obl'o ɔferẽ in personã tertij:vt hic Bar.Vel aliter omnia amplectendo:aut illa pœna nõ ɔcernit aliqđ ɔmodũ stipulatoris,seu creditoris:sed solum cauti eidẽ est,ne sit in damno rei mutuatæ,& tũc pcedat prima opi. exẽpla ponit Bar.in d.§.si tibi.& in d.l.cum seruus.Aut aliquid accedit creditori.puta promittis dare decem vel aliquid sibi,& pcedat scđa opin.Et hãc distinctionem quasi vbique sentit Bar.

ADDITIO.

a Ale.¶Hẽt eãdẽ naturã.Et sic nota cautelã singularẽ.si vis facere q vsura possit excedere sortẽ.Et p ista litã no.p Bar.in d.l.stipulatio ista.j §.alteri.đ ver. obl.& eã q no.Bar.in l.cũ seruus.de cõd.& dem.& in l.rogasti.§.fi.ff.si cer.pe. & hoc seqt.Ang.licèt d.Io.hic distinguat in cõsueto fœnerari, vel non vide qđ no.Mod.inst.de actio.§.oẽs aũt.Tu de hoc vide Bal.restringẽtẽ ĩ l.cũ allegas.in v.op.C.de vsuris.cum quo concordat Ro.in l.stip'o ista.§ alteri.Rap. in d.§.alteri.t3 opi.Bar.hic,nisi stipulatus essem dare pcuratori meo , qa videor stipulari mihi in d.l.stipulatio ista,§.si quis insulã.& vide tñ glo. ibi in ver.hæres hẽbit.Rõ in l.sed & si.ff.si qs cau.t3 opi.Bal.in cõsueto fœnerari.Et p hac cautela est tex.in.fi.C.de cõtrah.emp.iuncta l.j.C.de pac.pig.

§.Mihi Romæ. Iste §.diuidit in tres partes.Prima loqtur in obl'onemista dãdi,& faciendi Scda,qñ in obl'one mere dãdi.Tertia,qñ in oblone mere facti. Secunda ibi,liberaretur.Tertia ibi,at vbi.

§.Si seruus. Hunc §.habuimus in l.j.ff.de stipulatio.seruo

1 *Obligationem extingui aliud est,& aliud obligationem cessare.*
2 *Obligatio extincta nunquam suscitatur.& nu.3.remissiue.*
3 *Area pmissa,cui ædificiũ est sup impositũ,põt peti.licèt æstimatio dẽat pstari.*

§.Aream. Hũc §.habuistis expeditũ in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver.obl.Nam hic hẽ is eadem argumenta,& easdẽ rõnes,quas habuistis ibi:& hr h.d.Exẽptio spẽi debitæ de rerũ nã:vel cõi cõmercio,obl'onẽ perimit,nec reuiuiscit impedimento submoto: translatio vero in corpus integrale obl'onẽ nõ perimit,sed res ipsa dẽt peti,æstimatio vero pstabitur
1 creditori.† Nota,aliud est obl'onem extingui , aliud est obl'onẽ
2 cessare.De hoc dixi in l.2.§.j.ff.de verb.obl.Scđo no.q †obl'o extincta nunquã suscitatur.Tertio no q area pmissa, cui ædificiũ est sup impositũ,pt peti,licèt æstimatio dẽat pstari. ¶Op. q si iterum factus est seruus,iterum possit peti.l.si chorus.§.h.ff.de leg.3. Sol.Põt peti ex noua voluntate,nõ ex prima,& ista est vera. Item
3 opp.† q actio extincta resuscitet,l.pupillus.§ j.ff.eo ti & l.quis. §. si mulier.ad Vellei.& l.2.§.fi.ff.si ex nox.cau.aga.& l.si cũ qs.§.fi.j.đ fur.Dicit gl.ista est rl'a,ɔ̃ria sunt specialia. Tu dic vt plene dixi in repetitione l.Mæuius.§.duorũ.de leg.2.Itẽ opp.de l seruum filij. §.si areæ.supra.de le.j.Sol.Aliud in legato areæ, vt ibi:aliud in pmissione areæ vt hic.Vltimo,qa gl.in verb.perpetuum,alleg.hic qđã pro ɔcordia,ɋ sunt ɔ̃ria,ideo vide gl & eã corrige,ɋ incipit, potest determinare.ibi,& j.de fur.l.si cum.§.fin Dic,q ista ɔ̃dicit, ideo debuit eam ponere cum aliis,in qb.fallit rl'a.Item in d.gl.ibi, de ser.vrb.pđ.l si qs ædes.Dic in istis duab.legib.de capit.di.l.2. & d.l si qs ædes,non fallit rl'a.Vnde debuerunt poni sub concordantiis,quæ faciunt regulam.

LEX XCIX.

1 *Pecunia,quæ communiter in ciuitate currit,in dubio videtur promissa.*
2 *Moneta si in ciuitate sunt duæ,quarum respectu dicitur solidus,& libra,& alia sit moneta antiqua,alia noua intelligitur promissio facta ex qualitate rei, iuxta consuetudinem ciuitatis.*
3 *Vna pecunia pro alia solui põt,dummodo creditor aliquod dãnum non patiatur*
4 *Debitor in pecunia minuta,potest soluere in florenis, ita stante consuetudine, quæ seruanda est,licet de iure non.*
5 *Expensis cõib.s.soluentis & creditoris,debet moneta approbari.*
6 *Moneta si est mutata,& solutio debet fieri,de qua moneta fieri debet.*
7 *Existens in mora non soluendi,non tenetur de interesse.quod consistit in dãno.*
8 *Pecunia grossa per minutam æstimatur.*
9 *Augmentum vel diminutio monetæ,quæ modico tpe durauit,non attenditur.*
10 *Mutuaui,vel in dotem dedi libras centum in florenis,& venit tẽpus restõnis quod tps attendatur in æstimatione,an tẽpus solutionis,an tempus dationis? Depositum si est factum apud te decentum libris ĩ florenis,cum teneris,reddere sub eadẽ æstimatione teneris reddere,si fuit dictum.alias in cõi æstimatione.*

a Paulus respõdit^a creditorẽ. Alias incipit,credi
1 torẽ. †Quæro. qñ promitto tibi centum libras,de qua pecunia videor promittere? Rñdeo de moneta,ɋ currit in ciuitate,cuius respũ. dr solidus , &
2 libra,l.nũmis,de le.3.Sđ qro,†qd si in ciuitate sunt duæ monetæ, quarum respectu dicitur solidus & libra,vt est Florentiæ? Nã qñque dicitur solidus,& libra respũ florenorũ minutorum antiquo
b rum,de qb valet florenus auri xxix.solidos.Item est alia moneta eorum noua,vel floreni noui,de quia valet florenus tres libras,de qua intelligetur,si promitto tibi centũ libras:Rñdeo, sm ɔsuetu
c dinẽ ciuitatis,& verisimilitudinẽ iudicabũt ista.Qđ dico sm ɔsuedinem ideo dico:qa,est ibi ɔsuetudo, q in pãnis, & in serico app'o solidi,& libræ,referatur ad florenos minutos antiquos , & in aliis reb.intelligatur de florenis nouis.Itẽ qđ dixi,& verisimilitudinem,dico,qa si intelligeremus appl'onẽ solidi,& libræ, referri ad monetam nouam cõtingeret,q res magni pretij daretur pro modico:vel eɔ̃,si intelligeremus de moneta antiqua , contingeret, q res vilis ptij,daretur pro magno. Vñ debemus sp inspicere hanc verisimilitudinẽ ex qualitate rei,l.sp in stipulationib.& ibi no.de reg.iu. & facit pro hoc l.Imperatores.ff.de ɔ̃h.emp. ¶Scđo quæro,
3 †vtrum possit debitor vnam pecuniam pro alia soluere.Hic,iurisconsultus vr velle,q nõ,si creditor est ex hoc sensurus aliqđ incõmodũ:ergo à ɔ̃rio sensu,si nullum incõmodũ est sensurus creditor,vr velle,q debitor possit soluere vnam pecuniam palia. Sđ ɔ̃:qa aliud pro alio inuito Creditore solui non põt.l.2. §.1.ff.si cer. pe.& l.eum à quo.C.e.tit.Vñ dixerũt qdã,vt gl.dicit,q sp cũ creditor non vult , dr sentire incõmodum:qa fit ɔ̃ voluntatẽ suam, iõ sibi solui non poterit arg.Insti.de actio.§ ɔ̃terea.Certe non credo quòd Iurisconsultus senserit hic de tali commodo. Præterea Iurisconsultus dicit hic damnum,quod est diminutio patrimonij, vt l.2.&

ADDITIONES.

a Paulus respondit. Vide de materia Iaso.in l.2.§.j.ff.si cer.pet.
b Alc.Alia moneta.An autem quis teneatur accipere monetam pro ea æstimatione,quæ est taxata a publico.dic q sic,alias punitur,vt no.Bar.in l.qui falsam.j.de fal.Allegat tex.in l.j.C.de fal.mone. vbi vide quid sit moneta falsa, & qua pœna puniatur eam expendens,vide l.ege Cornelia.eo.ti.de fal.
c Alex.Secundũ consuetudinem.Adde Bar.in l.semper.de reg.iur.

vt l. 2. & 3. ṡ. de dã. infe. Sed licet nõ impleať volũtas creditoris, ñ tñ pro hoc minuiť eius p̃rimonium: ergo &c. Unde alij dñt, φ co
a giť recipeř, a si aliqđ dãnũ nõ patiť. Ad id, qđ dř, φ aliud &c. rñdeo φ nõ vř solui aliud pro alio fictione huius legis, immo idẽ vř sol ui, licet alia sit forma, ar. l. si qs argentum in prin. C. de donatio nib. & l. 1. in fi. & l. Titiæ amicæ, de auro & argẽ. leg. Declaro: hęc pecunia debet esse talis, φ p̃beat suã vtilitatẽ in forma æqualř, si
4 cut in mã l. 1. ṡ. de ꝯh. emp. † Et iõ si tu debes mihi Bologninos đ argẽto, & tu dares mihi aliã monetã argẽtẽã eiusdẽ ligæ, hoc est, eiusdẽ bonitatis ĩ mã, licet esset diuersæ formæ, tñ idẽ vř solui, vt
b legib. p̃riis. Sed si tu dařs monetã alterius mãæ, bq̃ nõ esset eiusdẽ ligæ, de iure posset creditor licitẽ refutare: quia aliud, ꝓ alio solui nõ p̃t, vt dcm̃ est. Vñ qđ hic dř in tex. in aliã formã, intelligatis tñ de eadẽ materia. Igiť, si tu q̃ debes pecuniam minutã, velles da
c re florenos, ᶜvel econtra, licite possem recusare de iure licet de ꝯ suetudine obseruetur ꝯriũ in ciuitate ista, & in multis aliis: vt no. in l. si qs argentum. C. de donationib. cui ꝯsuetudini debemus sta
5 re, l. Imperatores. ṡ. de contrah. emp. ¶ † Quæro, qñ moneta ap ꝓ batť ab his, qui appositi sunt à cõi, oportet φ aliqđ expẽdať, cuius expensis debet fieri, an soluentis, vel creditoris? Rñdeo expensis
6 cõib. l. 4. §. 1. ṡ. finiũ regundo. ¶ Quæro, † quid ᵈ si moneta est mu
d tata, de qua moneta dẽbit solui? Rñ. ᵉhæc mutatio põt duob. mo
e dis contingere: vel qđ mutetur materia, vel forma, ita φ in bonitate aliqua mutatio cõtingit: vel quod non mutetur materia, vel forma, sed mutať eius bonitas, in hoc φ florenus auri, vel alia moneta de argento grossior valeret plus hodie, q̃ cõsueuerat. Primo mõ dñt nr̃i Doc. & bñ, si quidẽ de moneta antiqua reperiať, & eius cursus non est reprobatus, poterit & debebit de illa moneta antiqua solui. Sed si nõ reperiatur, vel eius cursus est totaliter reprobatus, dẽt solui æstimatio illius monetæ antiquæ, l. eleganter, §. q re. probos. supra de pig. act. & est exp̃ssum in c. olim cãm, de cẽ si. & no. p Cy. in l. minorũ. C. in quib. cau. in integ. resti. nõ est ne
f ces. Scdõ mõ ꝯtingit mutatio vt dixi, & hic est aduertendum, si quidẽ debitor non est in mora, tunc liberatur, soluendo illã monetã absq; dubio: qa variatio nulla cõtingit circa bonitatẽ rei intrinsecam. Nã in cadẽ forma, & mã redditur, ẜm quod debet. l. res in dotem. ṡ. de iure do. & l. cum quid. ṡ. si cer. pe. sed ꝯtingit mutatio respũ æstimationis, quod non imputať debitori, qui nõ est in mora, l. vinum. ṡ. si cer. pet. Sed si debitor fuisset in mora, diceres tu incontinenti oẽ detrimẽtũ inde cõtingens à tpe moræ perti
7 net ad eũ. d. l. vinũ, & istud ẽ subtile, & difficile videre. ¶ † Aduertatis, nã vos scitis φ qñ qs est in mora in nõ soluẽdo, ipse nõ tenetur de interesse, qđ cõsistit in lucro: sed de interesse, quod cõsistit in damno, l. si sterilis, §. cũ p vẽditorẽ, de act. emp. Mõ videamus in casu ꝓposito: vtrũ creditor sit dãnificatus, quasi pecunia minuta sit minus bona, in sui æstimatione: an vero ꝑdiderit lucrũ, quasi si ab initio habuisset illã pecuniã, emisset ex ea plures florenos, q̃ posset emere modo, & sic fuisset lucratus tm̃. Nã si hoc esset interesse, nõ attẽdereť, d. §. cũ per venditorẽ. Aduertatis, res dř deteriorari, qñ eius æstimatio respũ pecuniæ esset vilior, d. le. vinum. ṡ. si cer. pet. & iõ in cæteris specieb us, quæ æstimanť per pecuniã, l. si ita. ṡ. de fideiussor. illud est facile videre, sed in pecunia, q̃ non æstimatur p res, d. l. si ita. est videre, vtrũ vna pecunia p aliã æsti
8 metur. Bř † mihi vř, φ pecunia auri, vel argenti grossa æstimetur per minutã, & hoc apparet ad sensum. Minuta aũt nunquam æstimatur p grossiorẽ. nõ. n. possum dicere, φ p florenum æstimetur vnus nummus paruus, & p ꝯñs nec duo, nec tres, & sic de singulis in infinitũ. Aceruus autem nummorum, vel vna summa nũmorum bene posset ęstimari, p florenum: sed ipsi nummi singulariter considerati nõ: & hoc patet ad sensum. Itẽ probatur, Illa res dicitur æstimare aliam, q̃ ẽ ꝯuertibilis & ꝑmutabilis in aliã quamcunq;, l. 1. ṡ. de cõtrah. emp. Sed moneta parua est permutabilis in omnem maiorem: ergo per illam æstimatur maior: sed moneta magna nõ est ꝯuertibilis in omnem minorem: ergo per monetã maiorem non æstimatur minor. Modo ad ꝓpositũ, si debes mihi cẽtũ libras pecuniæ minutæ, dico φ pecunia mutata non dř deteriorata respectu æstimationis suæ: qa nõ habes aliqđ quo æstimeť: iõ creditor diceret amisisse lucrum, nõ aũt passum fuisse dãnum: merito hoc non imputabitur debitori, d. §. cum p venditorem. Nec obl. nummis. de in lit. iuran. quia licet in nummis veniat interesse extra rẽ, verũ est in eo qđ nõ ꝯsistit in lucro. Sed si tu poneres, φ ego deberem tibi dare centum florenos auri in calendis Ianuarij & florenus valebat tunc quatuor libras, nunc cum soluis valet minus, dico quòd à tempore moræ pertinet periculum ad debitorem, d. l. vinum. Ratio; qa cum florenus æstimeť p pecuniã minutam, & æstimatio floreni est mutata, apparet φ florenus est deterioratus in æstimatione, sicut dicimus in vi
9 no, & in aliis spẽb. Idem dico de qualibet moneta grossa, q̃ p minutã æstimatur. Vnum tñ volo † te scire, φ augmentum, vel diminutio æstimationis floreni, vel alterius monetæ, q̃ modico tpe durauit, vt vna die, duob. vel plurib. dieb. vel qñq; nõ est attendẽ
10 nda, l. prætia rerum. circa finem, & qđ ibi no. ṡ. ad leg. Fal. ¶ † Sed q̃ ro, quid si ego mutuaui tibi, vel in dotẽ dedi centum libras in florenis, nunc vis mihi reddere: an ego cogar recipere, vel tu dare in re in eadem æstimatione, q̃ erat tunc: an in ea, q̃ est nunc tpe solonis? Rñ. Ista verba, soluo centum libras in florenis, hoc est dicere istos florenos do tibi in solutum pro centum libris, l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ṡ. eo. & ideo non possunt peti nisi cẽtum libræ, sicut si aliqua res esset data in dotem æstimata, l. cum dotem, C. de iure do. & l. si æstimatis, ṡ. sol. mat. & damnum & lucrum in florenis contingens pertinet ad eum, qui recipit, ideo illa verba non operantur aliquid. Sed quid esset in deposito, si depono apud te centum libras in florenis, qđ teneris reddere: Breuiter dico idem. Nam hic ego videor tibi illos florenos vẽdeř ꝓ illis centum libris, & pretium apud te deponere, l. certi cõdictio. §. fin. & l. seq. ṡ. si cer. pe. Facit l. si ex pretio, C. si cer. pe. Sed si fuit dictum depono apud te centum libras in florenis, hoc pacto, φ reddas in florenis sub eadem æstimatione, tunc sub eadem æstimatione debent reddi ꝓbatur in l. pe. §. mãcipia. ṡ. sol. mat. Sed si nõ esset dictum in eadem æstimatione, puto φ debeant reddi in æstimatione communi, quæ esset tẽpore, quo debet fieri solutio, l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ṡ. eo. ti.

CONCORDANTIA.

☞ ¶ Aduertatis pro concordia aduerte, quod ratio interesse consistens in lucro cessante in nummis ꝑ moram, haberi p̃t, ita Bar. & cõiter alij in l. nummis, de in litem iurã. ꝯrium tenet ipse Barto. in hac l. Paulus. Sed soluit hic do. Alex. quem vide.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Cogitur recipere. Adde quod no. Bal. post Petrum in l. non amplius. §. fi. de le. 1. Quid si relinquo alicui vigenti libras Bologninorum Bononiensium qa istud est genus sub certa spẽ inclusum, nõ põt fieri solutio de Mutinẽsib. licet sint eiusdem valoris, & materiæ. Idem de argento, nisi aliter se hẽat cõsuetudo per no in d. l. si quis argentum, secundum Imo. Item si pecunia currit pariformiter, hoc non erit de iure, ex quo est paritas materiæ, & non interest creditoris, per l. quæ extrinsecus. de ver. obl. Et huic legi adde quod no. Bar. in l. 1. in fi. de aur. & ar. le. & dicit Bar. in l. talis. scriptura. in fi prin. referendo ibi Dy. de le. j. φ si pecunia debet, vt spẽs vt pecunia quæ est in tali sacco, vel bursa, non p̃t fieri solutio alterius pecuniæ, licẽt etiam esset eiusdem materiæ, & formæ. quòd bene no.

b Ale. ¶ Alterius materiæ. Adde Bal. in l. diuortio. in §. ob donationes, ff. so. ma. & quod no. Bal. in d. l. fi. in 4. q. C. de cõp. cum Bar. hic ad literã transit Pet. de Anch. in cle. si beneficiorũ decima. ad fi. de deci. quem omnino vide, vbi multa & diuersa ponit in materia. Et ad q̃nem de pœnis legalib. vel statutorũ, quam ibi ponit Pet. videlicet de qua moneta solui debeant, vide Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. & in d. l. fi. in prin. C. cõm. de le. & ibi ẽt, qđ in cõtractib. De ista materia vide per Ol. in cons. 13. & cõs. 38. & in cõs. 168 text. in cle. fin. de deci. Bal. in l. illud. in fi. C. de sac. san. eccl. Spe. in ti. de sol. §. nũc aliqua. ver. fi. & ibi Io. And. Ant. de But. in c. quãto. de iureiur. & Alberi. de Ros. in l. cum quid. ṡ. si cer. pet. ¶ Adde quod Ro. tñ cõtrarium eius, quod cõsuluit Ol. in dictis consiliis, eius cons. 123. de quo etiam vide Abb. cõs. 57. in 2. lib. De quo valore monetæ debet solui officiali, cum moneta tẽpore dati officij valebat in no pretio, & tẽpore solutionis alio, vide Bal. cons. 138. 1. vol.

c Pom. ¶ Dare florenos. No. de cõsuetudine obseruari in multis ciuitatib. q. equid sit de iure, φ diuersa pecunia in forma, solui possit aurea pro argentea & econtra, & minuta pro grossa. Et adde, φ non solum multæ ciuitates, sed generalis totius mundi cõsuetudo ita obseruat. ita no. dixit Bal. in l. libera. C. de fem. & interlo. om. iud. ẽt de mente eiusdẽ. & in l. 2. §. j. ṡ. si cer. pet. Quod intellige verum, nisi creditor propter hoc esset passurus damnum, forte qa esset profecturus longinquas & remotas partes per tex. nostrum hic secundum Laudẽ. in tract. suo monetę. & l. 3. §. 1. & in l. cũ quid. ṡ. si cer. pe. quod no.

d Ale. ¶ Quæro quid. Et adde no. per Bar. & Bal. in d. l. si quis argẽtum. C. de dona. & per Bar. in l. acceptam. in xvij. q. C. de vsur.

e Ale. ¶ Rñdeo. Vide in l. cum quid. & in l. quod te. ff. si cer. pet. Et de materia in d. l. vinum, per Bal. in l. illud. in fi. C. de sac. san. ec. & in l. 2. C. cõia de lega. per Cano. in c. quanto. de iureiur. & in c. cum olim. de cẽsi. & in Cle. si beneficio. de deci. Et vide quod ipse Bar. no. in l. nummis. de in litem iuran. & Spe. in ti. de sol. §. nũc aliqua. ver. fuit. & hic per Ang. & pulchre in c. pe. de cẽsi. & vide quod no. Bar. in l. vbi aũt nõ apparet. in fi. in prin. de verb. ob. & quod not. in materia Bal. in l. voluntas. C. de fideic. vbi si quis se cõfitetur habuisse cẽtum libras, an intelligatur de grossis vel minutis, & quid si tibi do centum libras in pecunia minuta. ṡ. e. in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. vide oĩno Ang. in l. æris prætia. C. de col. æris. lib. x. & q̃ no. Bal. in l. quicunque. ad fi. C. de ser. fug. & de hac mutatione monetæ, quod tẽpus inspiciatur, vide no. per Dy. l. vxori suæ. in prin. de leg. 3. Pone, mercatores ementes pecunias pro certa quantitate pecuniæ, si ꝓ ista mercantia volunt soluere florenos ad illam rationem, quam valet florenus in mercantiis, secundum consuetudinẽ regionis, an debeant audiri, licẽt mercantiam pro pecunia emerint, Angel. dicit, quod sic, in l. ęris. C. de colla. æris. li. x. & ibi adde quod no. Bal. in l. fi. C. de non nun. pe. sed qđ si sit debitor alicuius in certa quantitate pecuniæ currentis, in loco, & illa postea per superiorẽ sit reprobata, & alia noua fiat, an libeřř đbitor? Dy. p illũ tex. in addi. i d. l. in rõne §. diligẽter ṡ. ad l. Fal. tñ φ sic Sđ Ro. in addi. dicit, φ cõiter teneť cõtrariũ & ita tñ cõtra Cy. & adde φ no. Bar. ĩ d. l. cũ qđ. & Ia. Bu. in sua disputatione. inci. iuris q ẽ talis, q dã colonus.

f Poma. ¶ Secundo mõ. Et de ista materia, qñ mutatur valor pecuniæ in plus vel minus, vtrum attendi debeat tempus initi contractus, vel solutionis. vide Fran. de Are. cons. suo 11. vbi pulchre tractat hanc materiã. Videas præterea Bal. in l. fi. C. de non nu. pe. & Old. cons. suo 168. Ad intelligentiã horum q̃ dicuntur hic per Bar. & ṡ. per eundem, in l. quod te. in prin. vers. iuxta hoc moueo vnum dubium. ṡ. si cer. pe. vbi aliter quàm hic locutus est, & vide etiam Are cons. 84. & 103. & Soc. in vj.

LEX C.

1 *Prorogatio iurisdictionis de loco ad locum fieri potest.*
2 *Locus contractus non inspicitur, vt quis conueniri possit, sed locus destinatæ solutionis.*

Quæro. Solutio pertinet ad illos, q habent administrationẽ
loci, vbi est facienda: nec locus ꝯctæ obligationis ĩ
1 spicitur, nisi aliud actum sit hoc dicit. Per †istam legem fundanẽ
duæ opi.doct. Prima est, Multæ sunt spẽs prorogationis iurisdi-
ctionis, quæ ponuntur in l.2.§.sed si iudex.supra de iud.sed dubi-
a tat, an possit fieri prorogatio de loco ad locum? a Doc.inducunt
hanc legem, & sic. Ita refert Cy.C.de epis.audien.l.si qui ex con-
sensu.& vide Gul.de Cun.in d.l.2.§.sed si iudex, Secundò inducit
2 †ad aliud. Vos scitis, ꝙ ibi qs vr̃ cõtraxisse, vbi est fiẽda solutio,
& ibi potest conueniri.l.ꝯxisse.supra de actio.& obli.Sed dubita-
tur, vtrum in loco contractus possit conueniri. Gl. videtur velle,
ꝙ non.C.vbi conue.qui cer.loc.da.pro.l.j.& s̃ q̃d bo..aut.iud. pos.
l.3.Alibi gl.vacillat in l.eum qui.§.Iulianus.supra de constit. pec.
b Veritas est ista: ꝙ locus contractus non inspicitur, b & ibi nõ p̃t
conueniri, sed solum locus solutionis faciendæ inspicitur, nisi a-
liud actum sit, casus est hic. Et hanc legem allegat ad hoc Pe.de
Bellaperti.in d.l.contraxisse.de act.& oblig.

ADDITIONES.

a Alex.¶Ad locum. An posit fieri prorogatio de loco ad locũ, adde quod no
in c.litigantes.in gl.de offi.ordi.in 6.& de materia prorogationis vide Inn.
in c.secundo requiris.de offi.dele.Spe.in tit.de oblig.§.prorogari. & §. fi.Et
cõtra istud tenet Bal.in l.j.C.de iurisd.om.iud.per Bar.& alios in l.fi.de iust.
& iur.& Cy.& Bal.in l.fi.de iurisdi.om.iudi.& Bar.in l.2.in fi.princi. de iudi.
Bar.& alios in l.fi.de excu.tut.

b Alex.¶Non inspicitur. Adde ꝙ etiam poterit conueniri in loco cõtractus, si
ibi domicilium habeat, textus est expressus, secundum Bald.ibi, in l.hr̃s ab-
sens.in §.fi.s̃.de iud.& ibi in gl.de hoc in c.j.§.pen.de foro compe.in 6.Facit
quod notatur in l.j.s̃.de eo quod cer.loc.& ad Bar.hic.vide Cyn.in l.j.C.vbi
de cri.agi.opor.vbi Cy.plene, & Bar.& ibi dixi in l.2.s̃.de bon.auto.iud.pos-
siden.gl.in c.Romana.§.cõtrahentes de foro comp.lib.6 & gloss.in l.j.de eo
quod cer.lo.Et adde, ꝙ ratione destinatæ solutionis sortitur quis forũ, etiã
quoad consecutiua contractus, vt damnorum datorum, & expẽsarũ, quę ve
niunt accessoriè, vt in c.dilecti.de foro comp.& ibi Abbas.

LEX CI.

Paulus respondit, non ideo: Solutũ, q̃d p̃õt repeti, ñ parit li
berationẽ.h.d. Quæro vtrũ hoc, q̃d hic dr̃, sit verũ, siue pignus
sit obstrictũ pro illa nãli oblõne, siue nõ? Gl.ponit opi. Veritas est
ꝙ hoc debet intelligi, qñ pignus erat obligatum pro illa naturali
obligatione, vel non. Ita videtur probari s̃.eo.l.si pupilli.

LEX CII.

1 *Creditor non cogitur recipere oblationem factam incongruo loco, & tempore.*
2 *Debitor creditoris expulsi de ciuitate propter partialitates, si exigatur ab illis qui in ciuitate remanserunt, quando liberationem consequatur.*
3 *Debitor exactus ab existentibus in ciuitate si postea conueniatur à creditore, satis est ostendere ordinationem ciuitatis factam super exactione facta.*

Creditor Si creditoris vel tutoris culpa non p̃cessit, peri-
-culum pecuniæ pertinet ad debitorẽ vel pupil-
1 lum.h.d.†Oppo.post oblationem est periculum creditoris l.qui
decem.in prin.s̃.e.Sol.Hic creditor noluit recipere: quia cõgruo
loco, & tp̃e non offerebatur. Ista est vera solu. Alij dñt, ꝙ istud est
2 spãle, cũ Respub.aufert.prima placet. Ista† lex inducitur per do.
a in ar.ad q.a quotidianam: Expulsa est vna pars de ciuitate, illi qui
remanserunt, exigunt omnes debitores illorũ exititiorum, vtrũ
b per hoc debitores soluentes sint liberati? b Et vr̃ ꝙ non, per hanc
legẽ, & p l.qui hoĩem.§.si nullo.supra e. ti. Itẽ quia periculum ca
sus fortuiti pertinet ad debitorẽ.l.incendium.C.si cer.pe.In con-
trarium vr̃, ꝙ sint liberati.l.Paulo Callimacho.in fi.supra de leg.
3.& l.liberto §.Lucius.supra de annu.leg.Istam q.mouerũt Doc.
antiqui.s.Vber.de Bobio, & Alber.Pap.& Dy.et ponit, & dicit d̃
bitorẽ liberari, facta solutione cõitati per d.l.liberto.§.Lucius. d̃
annu.leg.& l.Paulo Callimacho.in fi.de lega.3.Non ob. hæc lex,
quia hic fuit accepta pecunia, vt debitoris: sed in quæstione pro-
posita fuit accepta pecunia in iniuriã creditoris ergo nõ d̃et no-
cere debitori.l.si merces.§.culpæ.supra loca.& l.pe.in pri.s̃. solu.
ma.& hoc qñ bona non sunt publicata, aliàs non esset dubium
per l.bonorum.de ver.sig.ita dicit Dy.Spe.ponit hanc q.in tit.de
obl.& sol.§.2.ver.illud aũt quæritur, in princi.& ibi vr̃ se referre,
Aut Respublica habebat bona debitoris obligata, vel nõ. Tu ve
ro dicas sic, aut Respublica hẽbat bona illius creditoris, cuius de
bitor est exactus, obligata ex aliquo ꝯtu, vel ex aliqua causa, &
tunc nõ est dubiũ ꝙ solutione facta Reipublicæ, debitor liberaẽ.
l.nomen.C.quæ res pign.ob.pos.Si vero non habebat obligata,
tunc aut bona illius creditoris erant publicata ex aliqua iusta cã,
& idem: quia non est dubium, ꝙ creditor soluens liberatur: quia
fiscus hr̃ loco hæredis, l.si debitori deportato.j. de fideius.& l.2.
C.ad le.Iul.de vi.Si vero bona ñ erãt publicata, vel erãt publicata
ĩiuste, tunc: Aut respub. exegit ĩ ĩiuriã debitoris: aut ĩ ĩiuriã credi
toris: Aut simpliciter exegit, non habita ꝯtẽplatione ad iniuriam
alicuius. Primo casu, est periculum debitoris, vt hic. Secundo ca
su est periculum creditoris.l.si merces.§.culpæ.s̃. loc. & l.pen. in
prin.solu.mat.ita loquitur.l.Paulo Callimacho.in fi.de leg.3.& l.
liberto.§.Lucius.de annu.leg.Si vero accepit simpliciter: quia ac
cepisset cuiuscunque fuisset: tũc. Aut erat species debita, aut quã-
c titas. Si species, est periculum creditoris: c si quantitas, est pericu
lum debitoris. Hoc probatur in l.lectos.& l.seq.s̃.de peric. & cõ-
mo.rei vend.& in gl. Ad idem l.fi.in fi.de pig.acti.Facit l. Lucius.
s̃.de euic.& l.itẽ si verberatũ.§.j.s̃.de rei vend.¶Itẽ q̃ro, an sit idẽ,
si pecunia exigereẽ ab aliquo priuato? Certe nõ q̃a tũc debitor ñ
3 liberareẽ. Rõne collige ex l.2.in fi.cũ l.seq.s̃.si qs cauti.¶†Tertio
d q̃ro, d vtrũ d̃bitor qñ hanc exceptionẽ opponit creditori, ꝙ ip-
se fuit exactus à Republica, debeat probare se exactũ p vim an ve
ro sufficiat ad executionem debitoris ostendere ordinamẽtum
ciuitatis, factũ sup hoc pęnale, & graue? Certe puto ꝙ sufficiat or
dinamentũ ostẽdere. Est.n.iustus timor, l.fi.§.j.& §.seq. s̃. q̃d met.
cau.& l.j.§.q̃ onerandæ.s̃.qua.re.act.nõ da.versi & in summa. Fa-
cit quod no.C.de transac.l.interpositas. Ad idẽ optime facit s̃.ex
quib.cau.in posses.ea.l.Fulci.§.quid autem sit latitare.

ADDITIONES.

a Poma.¶Ad quæstionẽ. Vide aliquas remissiones per Alex.in l. liber[illegible] in pri.
s̃.sol.mat.& vide Alex.consi.57.ad fi.in j.vol.& Pan.cons.21.vol.2.& Barb. 42.
vol.j.& Fel.in c.j.de sponsa.Barb.in c.j.de off.deleg.& ibi Fel.in c.j. & Pari.
consi.60.& Anch.con.64.& Aret.cons.87.& Bal.351.in 5.parte, vide etiam ad
hæc Bal.in l.nouissime.ff.q̃d fal.tuto.auto.& Anch.cõ.64.in 2.dub.& Pau.de
Ca.vbi limitat.consi.329.in 4.dub.

b Ale.¶Debitores soluẽtes sint liberati. Et facit tex.in l.maritus.s̃. solu.ma.&
no.Bal.ĩ l.falsus.circa fi.C.de fur.& no.Bar.ĩ tract.de tyrãnide, in 7.q. & q̃d
no.voluit bal.in l.2.C.q̃d met.cau.& in l.nõ prius.C.qñ fi.vel priua. per Gui.
de Suza, in q.inci.pone quòd de facto, quidã de p̃te eccl.&c.& per Cyn.in l.
cũ te, j.C.quod met.cau.& per Bal.in l.si te bonis.C.de iur.delibe. Ad mate
riã adde, quod no.Bal.per illum tex.de pace Constan.in ver.sententiæ quo-
que.vbi dicit quòd sententiæ per Imperatorẽ latæ contra rebelles occasiõe
rebellionis, rescinduntur facta pace, secus si non occasione rebellationis,
sed aliter iustè sunt latæ, puta ex cã mutui, vel depositi. Et ille §.est valde no.
ad exititios ciuitatũ, vt sciamus qui p̃cessus cõtra eos facti rescindanẽ eis
ad ciuitatẽ reuersis, vtrũ dicti tales expulsi posint cõueniri in domicilio, de
quo sunt expulsi, vide p Bal.in l.2.C.de iurisd.om.iud.Et p̃dictis adde Bal.no.
in l.fi de in integ.rest.Et eo casu quo teneanẽ dicti exititij cõparere, an pos-
sint cõparere per procuratorẽ, vide Ange.plene in q.Bono.&c.in 3. & 4.q.in
prin.& adde hic q̃ no Imo.& Mod.in l.recusare.in §.si quis alio.ff. ad Treb
¶Adde an exititiorum, vel bannitorum debitores liberentur soluendo fisco
Bal.consi.299.2.lib.Et an bannitus posit citari ad ciuitatem, ad quam est ex
bannitus, vide Bal.consi.338.j.lib.

c Alexã.¶Periculũ creditoris. Ad hoc optime faciunt no.p Dy.in l.si qs vxo
ri.§.apud Labeonem.j.de fur.& ibi Bar.

d Alex.¶Tertio q̃ro. No pro debitoribus bãnitorũ, qui soluunt fisco vel came
rę, & cõtingit pluries de facto Adde, ꝙ si iussu magistratus soluit, p̃sumiẽ co
actus soluisse s̃ de acq.re.do.l.liber hõ, & ibi Ang.p Dyn.in l.liber homo.in
prin.s̃.d̃, hæ inst.faciũt no.in l.cũ te C.q̃d me.cã.& no.voluit Bart.in l.si mu-
lier §.j.ff.rer.amo.& Bal.in l.falsus, C.de fur.Et ꝙ istud statutũ inducat iustũ
metũ, tenet Bal.ĩ l.oẽs.in fi.s̃.ad Treb.& vide Host.& mod.ĩ c.j.de of. deleg.

1 *Sententia in causa appellatiõis quòd valeat, licet non dicatur bene iudicatum, vel male.*

§.Cùm de sorte. Pecunia cedit in cãm expressam à
1 soluente h.d.¶†Not.nouum mo-
a dũ p̃nunciandi in cã appellationis. Nam nõ pronunciauit a hic,
bene iudicatum, vel male, sm̃ formam datam in l.eos.C.de appe.
Sed aliter dixit. Ad hoc facit, q̃d dicã in l.cũ apud Sempronium.
j.iudi.sol.Facit l.Aufidius.& ibi gl.s̃.de leg.3.

ADDITIO

a Alex.¶Pronunciauit. No.ꝙ licet in causa appel.non pronuncietur bene, vel
male iudicatum, tamen valet sententia. Idẽ tenet Sal.in l.eos.C.de appe.ver.
iuxta prædicta quæro.

1 *Liber & scriptura recipiẽtis solutionem probat, in quam causam ipse recipit.*

§.Valerius. Solutum in dubio cedit in causam antiquio
1 -rem.h.d.No.istum §.† ꝙ ex libro, & scriptu-
ra recipientis solutionem probat, in quam causam ipse recipit
si aliud non apparet.

§.Titius mutuam Quod in cãm indebitam est so-
lutum, cedit in debitũ.h.d. Vide
glos.in verb.solutũ esset.q̃ incipit, facit ibi.C.de fideicõ.l.j.sed ibi
spãle fauore vltimæ voluntatis, & alimentorum: hic aũt in odiũ
vsurarum. Itẽ ibi l.cũ de in rem verso.s̃.de vsu. Solue vt ibi.

LEX CIII.

1 *Solutio pecuniæ, in quam causam dicatur facta.*
2 *Causa dicitur grauior sex modis.*
3 *Pecunia redacta ex venditione pignorum, in quam causam dicatur facta.*
4 *Creditor debens pecuniam suo debitori, an possit illam compẽsare, in quam causam vult.*

Cùm ex pluribus Ego dixi vobis s̃.eo.l.i.ꝙ Dy.ibi
1 fundabat istã mãm.¶†Sed ego
pro declaratione præsentis materiæ, & eorum, quæ no.gl.in l.j.s̃.
eod.& quod ibi no.Dyn.Et pro declaratione eorum, quæ no.C.
eod.l.j.debes videre, ꝙ quandoque dubitatur, in quam causam
debeat

debeat querti pecunia soluta: quandoq; dubitatur de pecunia ex pignorum vẽditione redacta. Circa primum dico, Aut sunt plures causæ principales: aut plures causæ vsurariæ: aut est vna causa principalis, & vsuraria in seipsa. Primò casu: Aut debitor soluens soluit per procuratorem, aut per seipsum. Si per procuratorem, Aut habebat mandatum limitatum ad soluẽdum in certam causam, & in aliam causam nõ potest intelligi solutũ, vt s. eod. l. si ex pluribus. §. j. Aut non habebat mandatum limitatum, & tunc idẽ quando soluit p seipsum. Si vero soluit, p seipsum, & tunc, Aut elegit in quam causam soluit, & creditor cõsensit, vel tacuit, aut non elegit. Primo casu, siquidem causa, quam elegit, continebat debitũ in illã cedit, vt s. e. l. j. ĩ pri. & l. prox. in prin. Si vero continebat indebitũ, perinde est ac si non elegisset, vt s. l. proxi. in fi. Si vero non elegit, tunc aut creditor ipse elegit in quam cãm acciperet debitore ɔsentiente, & in illã cãm cedit, vt s. e. l. j. §. j. & hoc si cã est certa: sed si electio causæ esset dubia, recurrimus ad cãm antiquiorẽ, perinde ac si nulla electio esset facta, vt s. l. prox. §. pe. Si vero vnus elegit, & alter ɔtradicit, & tunc impeditur solutio, vt s. eo. l. j. in fi. cum l. seq. & tunc debitor habebit offerre, & consignare in quam causam vult, vt liberetur, l. obsignatione. C. eod. titu. Aut neuter aliquid dicit, & tunc aut vna causa est grauior altera, & cedit in causam grauiorem,[a] vt supra eo. l. in his. Causa at
a grauior † consideranda est circa quatuor. Nam quædã causa dicitur grauior, quia lædit statum, vel famam nostram, vt causa famosa, & in istam in dubio semper primo intelligitur solutum, vt s. eo. l. si quid ex famosa. & d. l. cum ex pluribus. & dico plus, quòd si inter istas causas esset vna grauior altera: quia per vnam solutionem quis custodit famam suam, p aliam custodit membrum, vel vitam, certe intelligitur solutio facta in grauiorem cãm, ar. l. j. j. de bo. eorum, qui mor. sibi consciue. Quandoque dicitur cã grauior, quæ respicit nostrum patrimonium, vt quia est pœnalis vel vsuraria, & in ista post præcedentẽ, prius itelligitur solutum. s. eod. l. cum ex pluribus. tamen in hoc aduertendum: quia si vna cã continet maiorem pœnam pecuniariam, quam alia vel maiores vsuras, ista grauitas, quæ est in maiori, vel minori quantitate, non inspicitur, vt l. si ex pluribus. §. si s. eo. Tertio dicitur causa grauior respectu validioris obligationis, vt puta: quia vna debet sub pignoribus, & hypotheca: & alia sine, & ista videt soluta post illas, d. l. cum ex pluribus. s. eod. titu. Item si debeo cum fideiussore l. & magis. s. eod. tit. Quarto dicitur causa grauior respectu affectionis: quia in vna causa teneor pro me, in alia pro alio. Certe in illa, qua tenor pro me, videtur solutum post præcedentes, vt s. eodem l. cum ex pluribus. & l. & magis. s. eod. ti. Quinto, dicitur cã grauior respectu facilioris exactionis: quia vna potest exigi ĩcontinenti: quia habet forte paratam executionem, alia non, & ĩ istam videtur prius solutum post præcedẽtes, d. l. si quid ex famosa. & hac lege. Sexto dicitur cã grauior, hoc est grauioris quantitatis. & istud non attenditur. l. si in duabus. j. de regul. iur. Si vero nulla causa est grauior altera: tunc aut vna est antiquior, & cedit in antiquiorem, vt s. cod. l. in his. §. fi. & d. l. cum ex pluribus. in fi. & s. eod. l. proxima. §. penult. Et intelligo cãm antiquiorem, non inspecto tempore contractus, sed tempore, quo debet fieri solutio. l. ex pluribus. §. fina. supra eod. titu. Si vero est nulla antiquior tunc in quamlibet causam pro rata cedit, vt s. eodem, l. illud. & l. pupilli. pen. dum tamen in causam quæ continet debitum naturalem tantum, in dubio non videatur solutum. l. si is cui. §. fina. s. eo. titu. Secundo casu principali, quando sunt plures causæ vsurariæ, aduerte, Aut ex vna causa debetur naturaliter, ex alia ciuiliter: aut ex vtraque ciuiliter. Primo casu, videtur in dubio solutũ in causam, qua ciuiliter debetur l. in his. §. Imperator. s. cod. Secũdo casu, quando ex vtraque causa ciuiliter debebatur, tunc aut vna cã erat antiquior alia, & in illam prius cedit. d. l. si ex pluribus. §. fi. si non erat antiquior, tunc cedat in qualibet cãm pro rata, d. l. illud. s. eo. tit. Tertio casu principali, quando est vna cã principalis. & vsuraria: tunc si vsuræ debẽt ciuiliter, & naturaliter, priꝰ vr solutũ in vsuras, quã in sortem: sed si debẽtur naturaliter tantũ, prius in sortem d. l. in his. §. Imperator. s. eod. & l. si vsuras. C. d vsur. ¶ † Restat videre[b] de pecunia redacta ex venditione pignoris. Isto casu distingue. Aut creditor vult illã conuertere prius in debitũ, pro quo pignora nõn sunt obligata, & non potest: vt s. e. ti. l. Paulus. §. j. & ibi no. & in l. pupilli. §. pe. s. eo. Aut vult cõuertere in causam, pro qua pignora sunt obligata, & tunc aut vna cã est antiquior altera, & in illam debet conuerti, conuertendo priꝰ in vsuras quàm in sortem, vt s. cod. l. pupilli. § pe. Si vero vna cã non erat antiquior altera: tunc, Aut istæ cãe erant æqualis summę in sorte. aut disparis. Primo casu, cedit in quãlibet cãm æqualiter, non attenta disparitate vsurarum, d. l. in his. §. Imperator. s. e. Si vero quantitates erant dispares, tunc cedunt pro rata quantitatis sortis. vt l. pupilli. §. pen. s. e. tit. semper tamen conuertitur dicta quantitas prius in vsuras, quã in sortem, etiã si vsuræ essent debitæ naturaliter tñ, d. l. in his. §. Imperator. ¶ † Quæro circa hanc
a cãm qd de pecunia q̃ creditor dꝫ suo dbitori, an possit sibi cã compensare in quã cãm vult? Resp. si quidẽ creditor habebat bona debitoris obligata, per gñs nomen suimet, tunc pt ipse soluere sibiipsi, & puto q pt imputare in quã cãm vult, sicut dicimus ĩ pecunia ex venditione pignoris redacta, & idem dicerem in pecunia exacta à debitore debitoris, cuius nomen erat obligatum, l. nomen. C. q̃ res pig. ob. pos. Eadem. n. est ratio. Sed si nomẽ obligatum non erat, tunc illa pecunia non cedit in solutum, nisi opposita compensatione, vt no. in l 3. s. de compen. Et sic erit in electione debitoris, in quam cãm cõpensationem opponat.

ADDITIONES.

a Poma. In causam grauiorem. Vide Alex. consi. 2. vol. 4. Et ad hoc vide Barto. consi. 37. vol. 1 & Are. 5. & Alex. consi. 85. volu. 3. vbi ponit & pulchre declarat hoc & Soc. consi. 293.

b Paris. ¶ Restat videre Vide Ange. hic, Imo. Pau. de Cast. Alexã. & Ias. in l. 2. de hær. instit.

LEX CIIII.

Ante restitutam. Opp. de l. fi. §. sin autem auaritiæ. C. ɔmu. de leg. Respon. hic loquitur ĩ alienatione necessaria: ibi in voluntaria, arg. ad hoc s. eod. l. reo. Vel aliter, speciale est istud fauore dissoluendarum obligationũ, vt l. Arrianus. s. de act. & oblig.

LEX CV.

1 *Tempus, quod datur à lege miserationis causa soluere debenti, est arbitrariũ, præterquã in tribus casibus, scilicet, in re iudicata, in constituta pecunia, & in dote.*

2 *Euentus conditionis non constituit quem in mora.*

Quod dicimus. No. tex. ibi, nec .n. cum facco. & c. dĩcitur hic cum aliquo, scilicet, temperamento. ¶ Quæro, quid sit istud temperamentum? Dicit glo. q est decem dierum, l. promissor. s. de consti. pec. Vel est tempus in arbitrio iudicis, quod magis intellectu percipitur, quã exprimi possit, vt s. eo. l. ratum. & l. j. §. item si ita. s. ad leg. Falc. & ista est vera. Vnde debetis scire, q est quoddam tempus quod inest obligationi, & illud producit exceptionem, sic vt ante diẽ male agat.
1 Quoddam † est tempus: quod miserationis gratia indulgetur so-
a lum. & istud non impedit[a] quem agere, nec compensare. l. si cũ militi. §. fina. s. de compen. quia tex. facit istam distinctionem. De isto vltimo debetis scire, quòd à iure reperitur limitatum in duobus casibus, vel forte tribus. Primus in re iudicata. l. fin. C. de vsu. rei iud. & s. de re iud. l. 4. §. si quis condemnatus. Secundus, in cõstitu pecunia, l. promissor. s. de constitu. pecu. Tertius, in dote. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. act. In cæteris casibus istud tempus ẽ in arbitrio iudicis, vt hic, & Insti. de inut. stipu. §. fi. ¶ Vltimo † per
2 hanc l. & eius rationem non dicimus, q euentus conditionis nõ constituit quem in mora: quia absurdum est dicere, q in eo puncto, quo quis obligatur, teneatur soluere vt hic. De hoc dixi in l. quoties in diem. de verb. oblig. & scripsi in l. ita stipulatus. eo. tit. in q. illa, stipulatio incipit à præcedenti conuentione, quæ nõ habebat diem.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Non impedit. Vide bar. & Imol. in l. ita stipulatus. in prin. & quæ dixi s. de verb. obli. in j. q. bar.

LEX CVI.

1 *Facultas soluendi adiecto non tollitur per simplicem renunciationẽ, nec per partis receptionem.*

2 *Facultas soluẽdi adiecto, adiecta ex post facto, tollitur simplici reuocatiõe vniꝰ.*

Aliud est. alus quæsitum ex conuentione, nõ tollit vniꝰ partis reuocatione, † secus in mãdato. De hoc dixi s. e. l. vero procuratori. ¶ Op. ad primum dictum de l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. s. eo. tit. Sol. † Per litis contestationem potest tolli facultas soluẽdi adiecto, vt ibi no. per simplicem renunciationem non, vt hic, nec etiam per partis receptionem, l. cum decem mihi. in prin. supra. eo. titu. ¶ Secundo, oppo. ad idem de l. si cum Cornelius. supra eod. ti. Respon. quòd ibi loquitur, quando conuentio de soluendo alteri fuit facta ex postfacto sed hic quando inest ipso tempore contractæ obligationis.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Aliud est. Adde Bar. in l. si cum fundum. s. de pact. & in l. hoc iure. § penu. j. de don. vbi limitat hanc legẽ, nisi fieret pactum gratia creditoris, per d. l. hoc iure. §. si quis dederit.

LEX CVIII.

1 *Scholaris veniens ad mortem, pecuniam quam habet ad campsorem, si faciat alicui monasterio promittere, ipso conualescente reuocatur promissio.*

Cùm quærebatur. Ista lex diuiditur in partes quin-
que. Primò ponit vnam q. Secū-
dò ostendit dubium qōnis. Tertiò facit vnam allegationē in qō-
ne. Quarto qōnem determinat. Quintò ponit vnam nouam q.
Scd͡a ibi, dicebā. Tertia ibi, ecce enim. Quarta ibi, proinde viden-
dum. Quinta ibi, perinde & si fortè. vsq; ad §. fi. & br̄ h.d. Diffiniti-
ua lata ꝯ contumacem, extinguit actionem competentem ob rē
non defensam, nisi super ea fuerit prius lis contestata. Item quo-
cunque modo desinat actio competere, vel lis fuerit terminata,
stipulatio ob rem nō defensam finitur. ¶No. tex. ibi, vnam clau-
sulā. dic, i. vnam verborum conceptionem. Item ibi, vna clausula,
idest, ad vnum interesse committatur. Dyn. vel dic, vna cl'a, idest,
vna verborum conceptio. Itē ibi, cōmitti possit. & vr̄ ꝙ nō. ecce
enim, &c. vt in tex. sequit̄. Item tex. ibi, cęperat non defendi. & iō
cum non videat̄ ꝯmissa ex cl'a ob rē non defensam, constat com
missam esse ex cl'a iudicati. ¶Oppo. C. de secund. nup. auth. sed &
si quis. Sol. ibi obl'o sæpius committitur à lege, non ex pacto. Itē
opp. ĩ. tit. 1. l. si procurator. & l. non quasi. §. si quis curator. s̄. tit. 1.
1 Solu. † stipl'o semel commissa ad totale interesse, non p̄t amplius
cōmitti, vt hic: secus si esset cōmissa ad interesse, particulare. Qd
dic, vt plenè dixi in l. si sic. s̄. de ver. obl. Tangā ꝓut ad p̄sentē legē
pertinet, ĩ. eo. l. fi. Itē op. dr̄ hic, ꝙ ob rē nō defensam stipl'o com-
mittitur cū sup ea fuerit lis ꝯtestata. Cōtra, immo cōmittit̄ statim
cū non defendit̄: vt s̄. eo. l. 3. §. si reus. So. vere cōmittitur: sed secu-
ta sn̄a creditur non cōmissa fictione iuris, nisi fuerit lis contesta-
2 ta, & ita loquit̄ hic. Sed op. † ꝯ hoc, litis contestatio non impedit
purgari morā stipl'onis ob rem non defensam, immo quocunq;
defendente, vsq; ad sn̄am extinguitur, l. 3. §. fin. & l. iā tn̄. §. nūc vi-
deamus. s̄. e. sed ille, in quē fertur ex sn̄a ex ermodicio, vr̄ com-
parere, & se defendere, quia eius absentia, Dei repletur p̄n̄tia, l. ꝓ-
perandum. §. sin autem reus. C. de iud. ergo & post lit. ꝯtest. secuta
sn̄a extinguitur stipl'o. Sol. qn̄q; post rē non defensam quis non
ꝯparet ad defendendum, vel verè vel fictè, & tunc stipl'o commit
titur cum effectu, d. l. 3. §. si reus, s̄. eo. Qn̄q; cōparet ad defendēdū
fictè, & tunc extinguitur stipl'o ita demū, si lis nō fuerit ꝯtestata,
vt hic. Qn̄q; comparet ad defendēdum vere, & stipl'o ob rē non
defensam extinguitur: nisi sup ea fuerit lata sn̄a, vel solutio facta,
d. l. iam tn̄, in prin. Quæro, hic dr̄, ꝙ requiritur litis contestatio, su
per quo reqritur litis ꝯtestatio? Gl. vacillat, dic ꝙ requirit̄ litis cō
a testatio super stipl'one ob rem nō defensam, vt patet ex tex. Vlt. a
3 † aduerte ad vnum, dr̄ in c. j. de lit. cont. libr. 6. ꝙ exceptio rei fini-
tæ impedit litis ꝯtestationem: sed in hac l. in ver. proinde & si for
te, colligitur, ꝙ exceptio solutionis, transactionis, & acceptilatio
nis est exceptio rei finitæ: ergo litem ꝯtestari impedit. Et de exce-
ptione transactionis non est dubiū, l. eleganter. §. si quis post. s̄. de
condi. inde. & l. fratris. C. de transa. Idem puto de exceptione solu
tionis & acceptilationis, & de qualibet alia, per q̄ ꝯcluditur acto
ri actionē nō competere. Hoc probatur. Primo p istam legē quæ
dicit istas esse exceptiones rei finitæ. Scd͡o probatur per l. si pupil
li. §. videamus. s̄. de neg. gest. vbi dicitur, sine actione nemo expe-
ritur. impedit ergo lex ipsum experiri, & sic impedit ne quis expe
riatur, ne agat. impedit ergo litis contestationem. Simile videtis
in l. nam postea. in prin. s̄. de iurciu. vbi prętor dicit, actionem nō
dabo, idē est dicere, ꝙ non patiar eum agere: & ideo exceptio iu-
risiurandi impedit litis contestationem. Hoc tamen ita demum
est verum, si istæ exceptiones possunt probari incōtinenti, aliàs si
requirant altiorē indaginē, reseruarentur post litē contestatā. Ita
4 nota. in d. l. nam postea. in princip. supra de iureiur. Est † tamen
aduertendum in modo proponendi istā exceptionē. Nam debet
quis dicere, Dico, ꝙ non potes agere, quia non habes actionem
secus si diceret, Dico ꝙ non foues iustitiam, quia solui: quia tunc
non opponeretur ad processum, sed magis ad merita causæ. ¶Vl
5 timo nota † hic, quod sicut fideiussio de iudicio sisti extingui
tur lata sententia, l. Græcè. §. & post litem s̄. de fideiuss. ita fideius-
sio de defendendo.

ADDITIO.

a Vltimo. Adde Bar in l. postquam liti. C. de pact. Io. And. in tit. de execu. sen.

§. Si fuero. Mutatio actionis, vel rei, impedit stipulationē
iudicatum solui, committi. h. d. ¶Op. ꝙ postq̄
vna actio fuit semel ꝓposita, non potuit alia proponi, vt in auth.
qui semel. C. quom. & quan. iud. Sol. Dic. ꝙ ista stipulatio fuit in-
terposita ante libellum. Vel dic, ꝙ post libellū productū fuit inter
posita. Et loquit̄ hic s̄m iura antiqua, s̄m q̄ licebat mutar̄ vsq; ad
litis ꝯtestationem. l. edita actio. C. de edendo. Vel dic, ꝙ actio non
fuit mutata, sed fuit alia actio cumulata, s̄m materiam d. l. edita.
& super actione cumulata fuit iudicatum, merito non committi
tur stipulatio. ¶Item op. de l. & an eadē. §. actiones. s̄. de exceptio-
ne rei iud. vbi variatio actionis nihil operatur. Solu. dic ꝙ hic fuit
variata actio, & res: vel fuit variata actio, & causa, licet non res, se
cundum gl. vel verius, sufficit si fuit variata actio tantum, si super
ea nominatim fuerit interposita stipulatio: secus si stipulatio fue-
rit interposita simpliciter super causa, quia tūc procederet illud,
quod dicit glo.

LEX XIIII.

Si ex duobus. Opp. de l. ex clausula. Sol. Fateor, ꝙ con-
tra quemlibet fideiussorem stipulatio
committatur insolidum, tamen ipsi habent beneficium diui-
sionis.

§. Quotiens. Bonus §. est. Et not. quod quando fideius-
sor repetit à domino id, quod soluit, de-
bet docere dominium liberatum, vel cauere de eo defendendo,
quod nota.

LEX XVI.

1 *Soluere paratus non cogitur suscipere iudicium.*

1 Ex iudicatum. Not. quod qui paratus est soluere, non
cogitur suscipere iudicium, † vt hic, &
l. si debitori. s̄. de iud. & l. si reus. supra de procur. Quæro, quid est
hoc dictum, neque enim est æquum, aut iudicio, &c. Gl. se inuol-
uit. Ista est veritas, vt dicas, non est æquum iudicio astringi, sci-
licet iam incœpto, aut ad institutionem compelli, scilicet noui
iudici.

LEX XVII.

Ex clausula. Opp. & vr̄, ꝙ ex clausula doli non commit-
tatur insolidum, vt infra eod. l. nouissima.
Solu. quod hic dicitur, insolidum, declarat tex. quia pro parte li-
tis potest cōmitti, & pro parte non. Item dicitur insolidum respe-
ctu fideiussoris: quia quilibet tenetur insolidum, licèt habeat be-
neficium epistolæ, non autem intelligas insolidum, hoc est ad
totale interesse, quia istud non habet locum in clausula de dolo,
licet habeat locum in alijs clausulis, vt vidistis in l. cum quære-
batur. s̄. eod.

LEX XVIII.

1 *Exceptio, quæ competit patri, & patrono, ne conueniatur actione famosa, im-*
pedit litis ingressum.
2 *Exceptio, quæ competit contra aliquem, propter rem, quam habere sibi non li-*
cet impedit litis ingressum. & qualiter. nu. 5.
3 *Exceptio solutionis, & acceptilationis, impedit litis ingressum.*
4 *Exceptioni fori non videtur renunciatum per satisdationem iudicatum solui*
præstitam.

a Vir bonus. a Ista est notabilis lex. ¶Opp. s̄. eod. l. si reus.
Huius timore sunt hic plures opi. seu lec. Pri
ma, ꝙ ibi loquitur, qn̄ quis non cogitur se defendere priuilegio
1 personali competenti ipsi reo: hic vero, † qn̄ quis non cogitur
se defendere propter naturam actionis intentatæ, vt quia ꝯ patrē
& patronum intentabatur actio famosa. Vel ratione rei petitæ, vt
quia Iudæus petebat mancipium Christianum, vel petebatur li-
ber improbatę lectionis. Ista sol. est satis bona, secūdū quam not.
ꝙ ista exceptio, quę competit patri, & patrono, ne intentetur
actio famosa, impedit litis contestationem, quia tex. hic dicit, præ
2 tor iudicium accipere non cogat. ¶Item no. † ꝙ illa exceptio, q̄
competit contra hæreticum, vel Iudæum, vel contra alium pe-
tentem rē, quam sibi habere non licet, impedit litis contestatio-
nem

ADDITIO.

a Alexan ¶Vir bonus. Vide quod no. Bar. in l. non videtur. de iudi. & l. j. s̄. de re iudicat.
& ibi vide.

2 nẽ, a ẜm hanc lec. q̃ tene mẽti pp statuta terrarũ, q̃ prohibent non subiectos, & nõ allibratos hr̃e possessiones in territorio. Secũdo modo legitur ꝙ hic intelligit, qñ lis erat finita transactione, solutione, vel acceptilatiõe, l. cũ q̃rebatur. §. proinde & si forte. s. e. Et
3 ita intelligit Io. qđ no. qa ẜm hoc est expressum hic, ꝙ † exceptio solutionis, & acceptilationis impedit litem ꝯtestari. Nã hæc gl. se refert ad illos casus, qui ponunt̃ in d. §. pinde. & sic oẽs illi casus, qui ibi ponuntur, impediunt litẽ cõtestari. Alij soluunt ꝯ aliter, & dn̄t: Refert an exceptio superueniat post satisdationem datam, & quis dẽt defendi, vt lege ꝯtria: an competebat tpe interpositæ satisdationis, & tunc nõ dẽt defendi, vt hic. Ad istam lecturã, videlicet ad primum mẽbrum, op. s. e. l. hæc stipulatio. vbi qñcunq; superuenit cã, pp q̃ qs nõ dẽt defendi, stipl'o cõmittit̃. Sol. Ibi loquitur in cã peremptoria, q̃ ius agentis perimit, vt solutio, & transactio & sil'ia. sed d. l. si reus. loquit̃, qñ superuenit quoddã bñficiũ
4 tpale, & personale. ¶Item ad ẜm membrum op. qa † si exceptio competebat tpe interpositæ stipulationis, satisdando vr̃ renũciare; quia promittit iudicatũ solui, & per ꝯñs promittit defendere, & sic defendere dẽt, aliàs stipulatio committitur. Sol. Glo. de hoc dubitat infra, qñ appellã. sit. l. fi. an per satisdationem iudicatũ solui, videatur renunciatum exceptioni fori, vt ibi patet. Veritas est, qđ non vr̃ renunciatum, nisi expresse quis renunciet. Casus est in auth. offeratur. C. de lit. ꝯtest. De hoc tangitur per Cy. C. de spor. l. vltima. circa finem. facit s. si quis in ius voca. non ier. l. i. Quarto mõ legit̃ ista lex, ꝙ hic superuenit cã in persona ipsius defensoris pp q̃ ipse defendere non cogebatur: q̃ cãe ponunt̃ in l. mutus. §. fi. cum l. seq. s. de procur. & tunc ad ꝯtrium respondetur, ꝙ ibi superuenit exceptio in ꝑsona principalis: hic in ꝑsona defensoris. Quinto mõ legit̃ in legato, qui hẽt ius reuocãdi domum, vt l. 2. §. legatis. s. de iudi. Contra istam lect. posset opponi qa vr̃ per satisdationem huic beneficio renunciare: sed non est verum, vt s. di-
5 xi. Reassume ergo † materiam huius legis, sic. Aut supuenit exceptio, quare qs non cogatur suscipere iudiciũ in ꝑsona ipsius defensoris; aut superuenit in reo principali, & hoc secundo casu: aut superuenit exceptio ex natura actionis intentatæ, vel rei petitæ: aut superuenit ex priuilegio personali competenti ipsi reo, & hoc secũdo casu. Aut tale priuilegium cępit competere ex post facto, aut competebat ab initio, vt ex prædictis patet.

ADDITIO.

a Alexand. ¶Impedit litis contestationem. Not. de exceptionibus litis ingressum impedientib. adde no. Bal. in l. exceptionem. ad fin. C. de probationib. Et ad materiam adde, quod exceptio transactionis, exceptio solutionis, exceptio acceptilationis, & exceptio rei finitæ, item quando cautum esset hoc modo, videlicet, non detur actio, & similia, item exceptio iurisiurandi impediunt litem contestari: quod vltimum limita, & amplia, vt dixi in l. 2. in fin. ff. de iureiurand. Item limita vt ibi dixi, quando impeditur litis ingressus, in l. postquam liti. C. de pact. quod dupliciter etiam limita. Primo, quando non fuit facta mentio litis pendentiæ, vt consuluit Petrus de Anchara. apud Ferrariam, in consil. 6. incipente, apud Ferrariam. Item nisi exceptio peremptoria esset notoria. quia in notoria non attenditur iuris ordo. cap. vestra. de coha. cleri. & mulie. ita tenet Archi. & sequitur Lapus, & do. Card. in c. super literis. de rescri. Itẽ vbi opponitur, quia statutum est obscurum, ita no. tenet Inn. in c. cum inter. de consue. & sequitur Bald. in d. l. postq̃ liti. Item si opponitur exceptio, tua non interest, secũdũ Bar. in l. posthumus, in §. si quis ex his. ff. de inoffi. test. & vide quæ ibi dixi. Item si opponitur exceptio, tibi non cõpetit ius agendi, secundũ Bal. in l. mater. ff. de inoffi. testa. Item si statuto sit cautũ, ꝙ non soluens collectas non audiatur. c. quia frustra. de vsu. & not. Bart. in d. l. nam postea. & Ange. in l. scire, C. de bo. vacan. lib. 10. post hoc tamen videbitis omnino Bart. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Item exceptio solutionis, vt dicit tex. & Bartol. l. semel. C. de apoc. publ. libr. 10. Item exceptio cessionis bonorum ita Alber. & Angel. in d. l. ex contractu. C. de bon. auth iudi. pos. alleg. text. singu. in l. item si vnus. de arbi. in prin. Item exceptio, ꝙ quis allegat contraria, vt dixit no. Angel. in l. fi. C. de codi. facit c. solicitudinem. de appel. Item exceptio inuentarij. Pro hoc alleg. do. Bar. in l. cum fideicommissum. ff. de confes. & Bal. in l. j. C. de iuris & facti ign. Item exceptio pacti de non agendo, vt dixit Inn. in c. j. de lit. conte. in 6. Item pactum de non adeundo iudicem. l. dedi. in princip. de condi. ob cau. Item exceptio loci non tuti. c. ex parte. de appel. Item exceptio, quia tutela est finita, & sic non poterit conueniri vt tutor. c. ex parte M. dominę de appel. Item exceptio, ex qua patet actionem non competere actori. Ita dicit Bar. in l. cum quærebatur. ff. eod. & ita dicit debere intelligi c. 1. de lit. contest. libr. 6. Item exceptio laudi homologati. Ita not. Petr. de Anchara, in d. c. per tuas. de arbitr. & per l. cum antea. C. eod. titu. Idem dicit in laudo arbitratoris, quod habet vim, vt in Auth. vt diffe. iudic. §. si vero. c. Quintauallis. de iureiur. Item exceptio præscriptionis. Ita dicit Bald. in l. aditus. C. ne de stat. defunct. & vide Bald. in l. fina. C. de edic. diui Adr. tol. & in l. exceptionem. ad finem. C. de probatio, & in d. l. postquam liti. & ibi connumerat decem, de quib. per Petr. de Anchara. in d. c. j. & no. dictum Archid. in c. vt circa. de electio. in 6. vbi dicit, quòd omnis exceptio peremptoria, etiam non notoria impedit litis ingressum, si opponens offerat se incontinenti probaturum, l. 3. §. ibidem. supra ad exhiben. de quo dicto dominus Abb. in d. c. super literis. de rescrip. facit maximum festum. Vtrum autem præscriptio impediat litis ingressum, posuit Bartol. in l. fina. supra pro suo. Et adde quod not. in l. j. §. fina. ibi, longo. ff. ad Tertul. Host. quòd sic. Ioan. Andr. contra. Allegat Guli. in Specul. dicentem, curiam Roma. contrarium seruasse. Et licet domin. Dominicus multa verba effundat, potest sic concludi, quod aut præscriptio opponitur ad processum, & opponens offert se probaturum & tunc procedit opinio Hosti. ita tenet Bartol. in d. l. fina. pro suo. Et adde not. text. & ibi Barto. in l. j §. final. ibi, longo. &c. supra ad Tertul. alias procedit opinio Ioan. Andr. per l. emptor. C. de præscriptio. long. tempo. Quid autem in sententia præcepti reus confessus est debitum coram iudice, & recipit præceptum de soluendo, vtrum possit opponere exceptionem litis finitæ, post decem dies, intra quos non fuit appellatum? Do. de Ro. decis. 7. de lit. contest. in antiq. concludunt ꝙ non. quia ex sententia pręcepti oritur actio, vt no. in l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ liber. Vtrum autem procedat in causa matrimoniali? Doctor. tenent quod non: quia sententia in talibus causis non transit in rem iudicatam. c. lator. & capitu. consanguinei. de re iudicat. Quod limita quo ad partem: quia nedum diffinitiua sed etiam interlocutoria transit in rem iudicatam, quo ad partem respectu probationis factæ in alia causa domi. Anton. in capitul. cum dilecti. de electionib. dicit esse ibi casum meliorem de iure, quod dictum limita, nisi emanassent tres sententiæ. Glos. est prægnans secundum Abb. in c. fraternitatis. in verb. fornicatio, de frigi. & malefic. quod dictum gloss. ea sic intellecta, non est verum, & id reprehendit dominus Anton. ibi, & est ratio: quia nullum vinculum potest facere, quòd illud quod non est matrimonium, sit matrimonium. Vnde forte posset dari alius intellectus, quia licet dixerit gloss. quòd post tres sententias in causa matrimonij non posset appellari, nihilominus poterit quærelari, maxime si esset notorium de iniustitia, vt est gloss. in c. fraternitatis. Quæ omnia tene menti, quia vtilia sunt. Item adde ad prædicta, quod dicit Bald. in captul. primo. de controuer. inter Episcop. & vasal. capitul. vnic. in verb. annua. ꝙ exceptio præiudicialis ad processum, quæ respicit non solum merita causæ sed merita iurisdictionis, litem non finit contestari, quia oppositum eius infert hoc, quod nota. Item adde, quod nota. Bald. in titu. de pace Constan. in §. item volentibus. per illum tex. dicit, quòd exceptio pacti iuramento firmati impedit litis ingressum. Idem si non sit iuratum, sed factum lite pendente, argument. ff. de pactis. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, & in l. postquam liti. C. eod. tit. & C. de fideius. l. 3. & quod not. Io. Andr. in c. j. de lit. conte. in nouella, in 6. Item adde, quod Io. An. in l. fi. de libel. obla. videtur velle post Inno. videlicet, quòd licet exceptio peremptoria non impediat litẽ contestari, nisi sit de priuilegiatis, de quibus in c. j. de lit. contesta. in 6. & supra dictum est: tamen istud fallit, quando esset notoria. Idem voluit Spec. in tit. de excep. §. dicto de dilatorijs. ver. vt autem. & sequitur do. Ant. in c. fina. de libel. obl. Posset tamen dici secundum Io. de Imo ibi, ꝙ hoc procedat in exceptione excussionis: quia ista concludit ius agendi non cõpetere: iõ põt opponi ad processum per no. ꝑ Bar. in l. cũ quęrebatur. ver. vlt. aduerte. ff. eo. Secus, quando non concluderet ipso iure actionem non cõpetere. Et per hoc respondetur ad prædictũ dictũ. Ioannis Andreæ. & ẽt dico ꝙ Spe. non vr̃ illud firmare, quia contra istud dictum arguit d. d. c. j. de lit. conte. in ver. dictũ tamen Inn. in se est æquum. & vide quæ dixi in d. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilita. pub. & dixi in l. Arethusa. in fi. de sta. hom. quod allegatio iuris communis, vel municipalis impedit contestationem litis, quia non indiget probatione: secus vbi est quæstio facti. capitul. 1. de lit. contestatio. & istæ exceptiones impediunt litis ingressum, si opponens offert se incontinenti probaturum: alias non, secundum Guidon. de Suza. in l. 1. C de iur. & fac ignoran. His etiam adde, quod no. Bar. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. videlicet, quòd vbi est permissum homicidium à lege vel statuto, vel aliquid aliud, talis exceptio impedit litis ingressum, & accusatio recipi non debet, quod no. Item dicit Bal. in l. 2. C. de formul. quod exceptio ineptitudinis & omnis exceptio, quæ non requirit probationem, impedit processum, quod not. Bartol. in d. l. 1. C. de litis contestatio. Item dicit Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non pos. quòd exceptio laudi impedit processum. Item in exceptione, de qua in auth. præsente. C. de fideiussor. secundum Bal. ibi, eo. etiam modo exceptio, tu frater nõ confers bona, quæ habes in commũni, ideo agere nõ potes, impedit processum, per l. posthumo. & quod ibi no. Bar. C. de col. Adde ad id, quod dixi supra, referendo opinio. Ioannis Andreæ, & domini Anton. in capitul. final. de libel. obla. quod idem sequitur domi. Anto. in c. super literis. de rescrip. & in c. ex parte. de foro compe. & in c. j. de ordin. cognit. & in c exceptionem. & in c. pastoralis. de exceptio. Ludo. Roma. in l. si vero. §. de viro. in 32. fallen. supra solut. matrimo. In contrarium facit: quia si speciale est in exceptione rei iudicatæ, d. c. 1. de lit. contes. in 6. cuius probatio est promptissima, resultãs ex sententia, quæ inducit notorium: ergo in cõtrarium dẽt esse ius cõe: quia tamen nullus tenet contra dictam opinionem, ideo illa sequenda est, secundum Ludo. in d. §. de viro. Item exceptio, quod ego sum accusatus ab alio de aliquo crimine, vel absolutus, impedit litis ingressum, l. senatus. secundum Bar. ibi, de accusa. Et de exceptione inuentarij, de qua dixi supra, &c. adde Bal. in l. fi. §. si præfatam. C. de iure delib. Et quid si opponatur exceptio, quòd durat tempus conficiendi inuentarium, an impedit litis ingressum, vide Bar. in d. l. fi. §. donec. Quid in exceptione, quę de euictione tenet actio, &c. Dic vt per Bar. in l. instrumenta, C. de fid. instru. & iu. ha. fisc. li. x. Quid de exceptione, quod continentia causæ non potest diuidi? Dic quod impedit litis ingressum. vide in l. nulli. in ver. audientia præbeatur, secundum eum ibi. C. de iudi. Item vbi lex prohibet, & annullando procedit, vel à lege, aut à statuto fuit tempus præfixum ad agendũ, iam elapsum: vel præscribitur iudicio, semper resultat exceptio impediens litis ingressum secundum Bal. in l. j. in 3. oppo. C de edic. diui Adr. tol.

¶Adde, an elapso termino assignato ad opponendum omnes exceptiones dilatorias possit quis opponere ante litis conte. exceptiones litis contestationẽ impedientes, de quib. in d. c. 1. Spe. in ti. de dilatio. § j. ver. item quæritur. & ibi Io. An. & Abb. in c. pastoralis. extra de exceptio. do. Alex. alleg. Pe. de Anch. cons. 6. ego habeo 16. incip. viso processu. in cons. 6. vide de exceptione inuentarij. Et de istis exceptio. vide Pau. de Ca. consi. 63. Et exceptio rei finitæ, quomodo differat ab exceptiõe rei iudicatæ, & transactionis, vide Fel. consi. 165. & 283. Et ꝙ exceptio requirens altiorem indaginem, debeat admitti, cum quis offert se incontinenti illam probaturum, voluit Ro. consi. 244.

LEX XIX.

Nouissima. Hæc lex diuiditur in tres partes. Primò loquitur ad quæ tempora porrigatur stipulatio doli. Secundo, ad quas personas. Tertio ponitur declaratio primi dicti. Secunda ibi, itaque. Tertia ibi, doli autem. Hoc dicit. Clausula doli committitur pp dolũ commissum ab initio stipulatiõis vsq; ad finem iudicij, ex dolo principalis & hæredis eius, & etiã extranei, si pœna fuit adiecta. ¶Tex. ibi, factum demonstrat. quasi diceret, continet dolũ futuro tpe cõmittendũ. Vel dic ẜm Iac. de Are. demonstrat cessationem doli perpetuo permanẽtem, quasi nec nũc, nec in futurum ꝯmittatur dolus. Item ibi, ad principiũ stipulationis, & nihilominus ad mediũ & ad fi. vt s. dictu est. ¶Opp. & vr̃, ꝙ si hęc stipulatio pro vno dolo sit commissa pro alio futuro cõmitti nõ possit. l. cũ q̃rebat̃ s. e. Sol. Ibi loquitur in stipl'one ob rem non defensam, quæ ad interesse totale cõmittit̃: hic in stipulatione doli, quæ committitur solum ad illud, qđ interest in præsenti, dolũ non esse commissum. Vnde si pp tuum dolum, aliquo tempore res est dilata, vel aliquas expensas feci, ad illud solũ interesse committitur stipulatio doli. Vltimo vide gl. in versi. tẽpus, q̃ incipit, post stipulationem. ibi, l. verbũ erit. So. Hic factum pteritum erat finitum, ideo sub futuro non cõprehenditur: ibi non erat

erat finitum, vt ibi no. per Dy. Item opp. ꝙ stipulatio simpliciter interposita nunquam committatur pro facto extranei. l. stipulatio ista. in princip. supra de verb. ob. Solue, vt ibi, & in ea. l. §. si qs. & ibi dixi. & ita intelligas hanc legem.

LEX XX.

1 Sententia debet ferri in defensorem, quando defensor comparet.
2 Iudex appellationis reo absoluto, & actore appellante, qui fouet causam iustã debet actorem condemnare, & non simpliciter dicere, benè iudicatum & malè appellatum.
3 Cautio interposita corã iudice primæ cãæ, nõ cõmittitur corã iudice appell'õis.
4 Si in cautione interposita coram iudice primæ causæ, non est expressum nomen iudicis, an committatur in causa appellationis.
Instantia causæ appellationis diuersa à instantia à prima.
Actio oritur ex sententia appellationis confirmante, non ex prima confirmata.
5 Stipulatio iudicatum solui interposita coram vno iudice, cuius successor iudicauit, quando committatur.
6 Satisdatio præstita coram ordinario, proprio nomine non expresso, durat corã eius delegato.
7 Stipulatio de iudicio sisti mutato iudice, ita extinguitur sicut stipulatio iudicatum solui, & quid de stipulatione de rato. 8.
9 Stipulatio interposita secundum consilium Claudij, positum in fine huius legis, non cõprehendit iudicem appellationis nec collegam, sed successorem sic.
10 Defensor, qui promittit iudicatum soluere, non cogitur promittere in causa appellationis, sed pro substituto sic.
11 Satisdatio iudiciorũ, qua mutatione extinguatur, & quid de mutatione rei, si actio mutatur de iudice, & de psonis litigãtiũ, ac ẽt de mutatione instantiæ.

a Cùm apud. a Fideiussor acceptus in prima cã, non tenetur in eo, qđ iudicat̃ in causa appellationis, si aliud actũ sit. h. d. Ista est notabilis lex, & habeo hanc l. pro sin-
1 gulari lege. vide tex. ¶No. sñiam† eẽ ferẽdã in defensorẽ, vt hic, & l. liberto. §. fi. ̃s. de nego. gest. & l. j. C. de sentẽt. Item no. ex eodẽ
b verbo, ꝙ reo absoluto, si actor appellat, b & fouet iustam causam
2 †iudex appellationis dẽt reũ condẽnare: nec dẽt simpl'r pronũ-
c ciare, c bñ appellatum, & malè iudicatum, ẽm formã l eos. C. de appel. Hoc probat̃ hic. & no. in l. Ofilius. ̃s. de le. 3. & l. chirographis. §. j. & ibi no. ̃s. de adm. tut. Facit ad hoc ̃s. de so. l. creditor. §.
d j. qđ tene menti. d Tertio not. †ꝙ cautio interposita coram pri-
3 mo iudice primæ cãæ nõ cõmittitur corã iudice appellationis.
4 ¶Quæro † ergo e pro huius declaratione, qđ si in stip'one non
e est expressum nomẽ iudicis, an cõmittat̃ in causa appellationis? Mar. Sili. disputauit hanc q̃st. & determinauit, ꝙ cõmittat̃: quia q̃tum ad ista, quæ respiciũt dilatorias exceptiones, cã appellatiõis vr̃ eadẽ cum prima, l. ita demum, C. de pc. Sed dare istos fideiussores respicit exceptiones dilatorias, l. Pomponius. §. ratihabitiõis. ̃s. de procur. ergo &c. Ista fuit opinio. Marti. Sili. sed dñs Gul. de Cu. dicit, ꝙ ista lex loquitur, qñ reus qui satisdedit, fuit absolut⁹, & actor appellauit: secus si ipse fuit condẽnatus, & ipse appellasset: quia fideiussor ipse teneretur, ne sit in sua ptãte se & suos fideiussores liberare, l. ne in ptãte. ̃s. de arbi. Ita not. Gul. in l. Iulianus. ̃s. qui satis. cog. Dñi gl. ord. in l. 2. C. de proc. tenet indistinctè qđ in cã appellationis non cõmittĩ, & hoc ibi text. videt̃ pbare, qui simpliciter loq̃. Pro hoc vr̃ tex. Inst. de satisdati. §. si vero aliquis. in fin. Probat̃ p rõnẽ. p mutationẽ instantiæ liberantur fide-
f iussores, l. 2. eo. titu. sed cã appellationis f dr̃ alia instantia à prima qđ apparet, quia post publicationem noui testes recipiuntur, qđ non posset fieri, si eẽt eadẽ instantia, vt colligitur ex l. vlti. iuncta gl. C. de testib. & l. per hãc. C. de tẽp. appe. & ibi per Doct. Non obstat qđ dicit Mar. Sili. quia quãtũ ad exceptiones dilatorias vr̃ eadem causa appellationis cum principali: quia hoc fateor, & ideo qui hoc non petiit in prima, nõ põt hoc petere in scđa, sed non quãtum ad ipsas satisdationes. Separata enim est exceptio, seu pe-
g titio satisdationis ab ipsa satisdatione. g Non obstat d. l. ne in potestate, quam Gul. allegat: quia imputet sibi actor. qui nõ petiit ẽ nouo satisdari in causa appellatiõis, in quã defensor non audiretur sine noua satisdatione, l. 2. C. de proc. & in d. §. si vero aliquis. Insti. de satis. Hoc apparet per rõnẽ. Nã si iudex appellationis cõdẽnat, oritur actio ex ista sñia condẽnatoria, non ex prima quãtuncunq; confirmata, l. furti. C. de his qui no. infa. & no. in l. eos. C. de appel. sed pro illa sñia non satisdedit, ergo &c. Fateor tamẽ, ꝙ si reus victus appellasset, & appellationem nõ fuisset prosecutus, ꝙ fideiussores tenerent̃: qa tunc ex sñia prima oritur actio nõ ex scđa, in qua iudex cõfirmat primã, qa appellationem non est
5 psecutus, l. fi. C. de tẽp. appella. ¶†Quæro, pone ꝙ corã vno iudice fuit satisdatũ, iudicauit successor eius, an stip'o cõmittatur? vr̃ ꝙ non, l. 3. in prin. ̃s. eo. & hic. Tu dic br̃. Qñq; post interpositã satisdationem est recessum à primo iudice. & itur ad alium iudicẽ alterius tribunalis. & tunc stipulatio non cõmittitur, d. l. 3. in princ. ̃s. eo. Qñq; itur ad aliũ iudicem eiusdẽ tribunalis, fortè ad collegã, vel successores: tunc est aduertendũ, an in stip'one fuerit adiectum ppriũ nomẽ iudicis, & tũc stipulatio non cõmittĩ, nisi eẽt adiectum, q ve in eius locũ successit, vt hic. Si vero ppriũ nomẽ nõ fuit expressum, tunc stipulatio cõmittĩ: qa idẽ iudex vr̃, & idẽ iudiciũ, l. pponebat̃. ̃s. de iudi. & hoc vr̃ tenere Spe. in ti. de
6 offi. iu. dele. §. excipi põt, ver. sed qđ si plures? ¶† Quæro, satisdedi apud iudicẽ ordinariũ, pprio noĩe nõ expsso, ꝙ demũ cãm delegauit, an fideiussores teneant̃? Rñdeo sic, qa vr̃ idẽ iudiciũ. l. vbi
7 cœptũ. ̃s. de iud. & qđ ibi no. ¶Quæro, † hic loquit̃ de stip'one iudicatũ solui, qđ de stip'one iudicio sisti, an mutato iudice extinguat̃? Rñ. idẽ qđ in ista, vt i Auth. de his q ingre. ad appel. circa
8 pri. tetigi in l. Græcè. §. post litem. ̃s. de fideius. ¶Quæro, † qđ i stipulatione de rato, vtrum mutato iudice extinguat̃: Dyn. consuluit ꝙ extinguit̃, nec durat in cã appellationis, p legẽ istã, & inst. de satisd. §. si vero aliqs. & pbatur p tex. in d. l. 2. C. de pcu. q lex loq̃
9 simpliciter de qualibet satisdatione. ¶Quæro, †posito h ꝙ esset
h cõcepta stipulatio ẽm ɔsiliũ Claudij positum in fi. huius legis, an cõmitteret̃ stipulatio in cã appellationis? Rñdeo, ista verba dñt, ꝙ ve in eius locũ substitutus erit: credo, ꝙ nõ ɔprehẽdant iudicem appellationis, q est maior, nec collegã, sed solũ successorẽ, vel delegatũ in eius locum positũ. arg. l. verbis ciuilibus. ̃s. de vulgar. &
10 pupilla. ¶Quæro, † vtrũ defensor, qui satisdat, cogatur adiicere in stip'one, pmitto soluere iudicatũ p hunc iudicem, vel per iudicem appellationis? Vr̃ ꝙ sic, nec aliàs esset frustra consilium huius legis. Br̃, de substituto cogitur promittere, vt Instit. de satisdatio. §. si vero aliqs. sed de iudice appellationis non, sicut nec cogitur causam appellationis prosequi. l. inuitus. C. de proc. ¶† Vl-
11 timo, i quia vidistis hic ꝙ iudicis mutatione qñq; extinguitur sti-
i pulatio iudicatum solui, & de multis aliis mutationib⁹ ̃s. vidistis.
k Pro declaratione huius distingue, k cũ q̃ritur, qua mutatione extinguitur satisdatio iudiciorum, distingue. Aut contingit mutatio rei petitæ, & extinguitur satisdatio, l. cũ q̃rebat̃. in fi. ẽm vnam lec. ̃s. e. ti. Aut cõtingit mutatio actionis, ppositæ, & tunc: Aut fuit mutata actio tm̃, & nõ cã, & tũc: Aut fideiuss' fuit datus simpliciter aut expressè in illa actione, vt dixi in d. l. cũ q̃rebat̃. §. fi. Aut cõtingit mutatio iudicis, & tunc aut mutatio contingit p modum cuiusdam recessus, quia recedo ab vno iudice, & vado ad alium: aut p modum appellationis, aut p modũ cuiusdam subrogationis, Primo casu stip'o extinguit̃. vt l. 3. in prin. ̃s. eo. tit. quod intelligo, si vado ad alium iudicẽ alterius tribunalis: secus si irẽ ad collegã primi, qa tũc dic, vt dicã in tertio casu, qñ p modũ subrogationis

ADDITIONES.

a Alc. ¶ Cum apud. Adde quod hæc lex ẽm Bal. in l. fi. in x quæst. C. de cõtrahẽ. emp. non procedit in iudice, coram quo petita esset reductio ad arbitrium boni viri. Et ẽt pro intellectu huius legis vide in Spe. de off. dele. §. fi. ver. fed q̃ritur. & in ti. de accu. §. qñ ãt. & Cano. in c. q̃relã. de ele. in c. cam q de testi.
b Pom. ¶ Actor appellet. Vide Fel. in c. cũ cam, de re iudi. & Imo. consi. 36. in fi. & Alex. cõsi. m. vol. v. vbi limitat, nisi prima sñia foret condẽnatoria.
c Alex. ¶ Simpliciter pronunciare. Potest autẽ iudex appellationis reformare sentẽtiã male latam, vt not. Cy. l. omnem. C. qñ prouoc. non est necesse & in l. j. C. ne liceat tertio prouoc. Ad materiam adde Bart. in l. eos. C. de appel. & quia Bar. allegatur contrarius, vide Moder. in d. l. si expressum. ̃j. de appell. in q̃st. q incipit. Quarto videndũ est de modo sententiandi. & late Ioã. And. in Spe. in ti. de sen. §. vt aũt. & no. Lud. in l. j. ad fi. de re iud. Dixi post. Bart. in l. j. in fi. C. qñ puo. nõ est necesse. Et pro hoc l. Aemilius. ̃s. de mino. & c. significauit. de exceptio. Facit l. si. quod cum eo. & quod scribitur per Imo. in l. i summa. ̃s. de re iud. in prin. & ibi gl. & adde Bar. in l. eos. C. de appel.
d Alc. ¶ Tene menti. Adde hic textũ, quem ibi ad hoc no. Abb. in c. cum Ioan. de fi. inst. ibi dicit Abb. in vlt. col. ꝙ iudex põt reformare sñiam. nõ solum ad petitionẽ appellatis, sed ẽt ad petitionẽ appellati. Sed vr̃ dicendũ, ipsum appellatum per taciturnitatẽ confirmasse sñiam, vt l. fina. C. de sentẽ. quæ sine certa quã. qđ no. Adde qđ Panor. in c. cũ causam. extra de re iud. dicit cõtra Bar. esse gl. in l. pses. C. de sen. q dicit ꝙ iudex appellationis in firmando sententiã, a qua reus fuerat absolutus, vr̃ taciẽ illum condẽnare, ita quòd non est opus alia condẽnatione, & illam gl. dicit secutũ Cal. in c. significauit extra de excep. & in cap. Ray. extra de test. latius ibi vide.
e Barb. ¶ Quæro, ergo. Et no. gl. valde no. 6. q. 3. cap. quod bñ q dixit per istam l. quod etiam si fideiussor iurasset, nõ tenetur in causa appellationis, ẽm Bal. in l. Iulianus. versi. secundo. quæritur. ̃s. qui satis. cogan.
f Pom. ¶ Sed cã appellationis. Bal. aũt distinxit in d. l. Iulianus. versi. secundo q̃ritur. ꝙ aut iudex appellationis simpl'r confirmauit sñiam primam, & tunc tenet̃, aut addit, & tũc non tenet̃, & ẽ vtile ẽm eũ in cã criminali, in que dat fideiussor. An in cã appellationis fiat executio in fideiussores, vide eũ omnino i d. l. Iulianus. ̃s. q sat cog. & vide Bar. q allegatur sibi contrarius in hoc, an noui testes possint recipi super nouis capitulis, in l. per hanc. hic alleg.
g Alexa. ¶ Ab ipsa satisdatione. An satisdatio debeat præstari in cã appellationis, adde Bal. in l. eos. §. cautione. qui est §. fi. in prin. C. de appell. qui idem tenet qđ Bar. hic, pręterquã in satisdatione de causa appellationis prosequẽda, per illum tex. & Saly. in l. 2. C. de pcu. secutus verba Iac. But. qui ibi tenet idem, qđ Bar. hic. Adde Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de satisdando. §. expedito. ver. hoc autem.
h Barb. ¶ Quæro, posito. Sed hoc cõsiliũ Claudij non facit ad ppositum legis & sic Scæuola male, & inepte hoc allegasset, quod non est credendũ, ideo si credo ꝙ Bar. hic verũ dicat. Postea reperi, qđ ita tз hic d. Frã. Ti. quẽ omnino vide.
i Barb. ¶ Vltimo. Adde Bal. qui notanter loquitur in l. Iulianus, qui satisd. cog. & gl. ord. Insti. de satis. §. j.
k Alex. ¶ Distingue. Ad intellectum istorũ hic, vide aliqua per Cyn. in l. 2. C. de procu. Et vtrum extinguatur virtus iuramenti calumniæ, & de materiã plenè per Bal. & Ang. & ibi. de materia. ̃s. qui satis. cog.

tionis. Secundo casu, qñ p modũ appellationis, idẽ: qa extinguit satisdatio, nisi aliud sit expresse actũ: vt in Auth. de his qui ingre. ad appel. in prin. & ibi no. & C. de ꝓc. l. 2. & Inst. de satisd. §. si vero aliqs, reprobata distinctione Guil. de Cug. & Mar. Sili. vt s. dixi. De quo ẽt tangit Cy. in d. l. 2. Tertio casu: Aut fuit expressum nomẽ ꝓpriũ, & extinguit datio fideiussoris: Aut nõ fuit expssum, & non extinguitur; qa idẽ ẽ iudiciũ, d. l. proponebat. s. de iudic. & l. vbi cœptũ. & ibi no. e. ti. qđ no. in Spe. de iudi. deleg. §. excipi. ver. sed qd si plures. Qñq; ꝯtingit mutatio circa personas litigantiũ, & tunc aut ꝯtingit mutatio circa substantiã psonæ, aut circa qualitatẽ. Primo casu, aut illa psona repræsentat eandem, q̃ prius litigabat, vt quia eius hrs, vel eius procurator, & stipło nõ extinguitur. l. 2. in fi. de præto. stip. qđ no. in l. si ante acceptum. in gl. super verbo, satisdederit. s. eo. ti. Si verò illã personã non repræsentat, tunc satisdatio extinguitur, l. iam tñ. §. nunc videamus. & §. seq. s. eo. tit. Scdo casu, qñ ꝯtingit mutatio circa qualitatẽ, dic: Aut contingit mutatio eius, q̃ recipit satisdationẽ, & non extinguitur satisdatio, l. in cãæ. §. si ex parte. s. de ꝓc. & l. Iulianus. s. qui sat. cog. Aut ꝯtingit circa pſonã satisdantis, & tunc aut ex tali mutatione non ꝯmutaẽ effectus sñiæ, & satisdatio non extinguitur, l. si ante acceptũ. j. rñ. s. eo. tit. Aut mutatur effectus sñię, & tunc extinguit satisdatio. d. l. si añ acceptum. ij. respon. & per omnes alios casus illius legis. & l. j. in fi. s. quibus mod. pig. vel hypo. sol. Quandoq; contingit mutatio instantiæ, & tunc datio fideiussoris extinguit, l. 2. s. eo. tit.

LEX XXI.

1 *Stipulatio iudicatum solui semel commissa, an iterum committatur.*

Si vnus. Lex nostra primo ponit duo dicta. Scdo rñdet cuidam tacitę obiectioni. Scda ibi, quoniam in vnius &c. In fine huius legis summat seipsam hoc mõ. Hæc stipulatio ex duabus clausulis potest committi contra diuersos: sed contra eundẽ nõ, sed ꝓualet cã iudicati. h. d. ¶Opp. de l. cum q̃rebatur. s. eo. So. tex. in fi. vult soluere: quia ꝯ eundẽ non pñt committi istę duæ clausulæ, vt ibi. licet ꝯ diuersos sic, vt hic. Et ideo vt ista mã
1 tibi liqueat, distingue: cũ quæritur, vtrum † stipulatio iudicatum solui semel cõmissa iterum ꝯmittatur, Aut quæritur de iterõne ex eadem cl'a: aut ex diuersis. Primo casu, nõ cõmittitur amplius q̃ semel, vt s. eo. l. iam tñ. §. in hac. Fallit in hac clausula de dolo: vt s. e. l. noui. ss. ima. Et est rõ: qa ꝯmittitur ad particulare interesse, vt ibi vidistis. Scdo casu, aut quæritur de iterõne ꝯmissionis quo ad effectum exactionis: aut de iterõne fm rigiditate iuris. Primo casu, aut ꝯ eundem, & semel ꝯmissa iterum nõ ꝯmittitur: vt hic, & d. l. cum quærebatur. s. e. Aut ꝯ diuersos, & tunc aut consecutus est totum interesse, & amplius non ꝯmittit, & ꝯmissa non exiget: vt s. e. l. si ex duob. §. quoties. Aut est ꝯsecutus partem, & tunc pt pluries ꝯmitti. d. l. si ex duob. & l. ex iudicatum. & hac l. in prin. Secundo casu, qñ quæritur de iteratione fm rigiditatem iuris, tũc dico, ꝙ põt sæpius ꝯmitti: vt hic in fin. Sed dubitatur quæ præualeat: Et in hoc est aduertendũ, postq̃ cl'a, ob rem nõ defensam, est ꝯmissa, aut res incipit defendi postq̃ super ista cl'a est iudicatum, vel solutum, aut añ. Primo casu præualet cl'a, ob rẽ nõ defensam, vt l. iam tñ. in prin. s. eo. Si ante, & tũc, Aut post litis ꝯtestationẽ, aut añ. Si post, aut incipit defendi verè, & præualet cl'a iudicati: vt hic in fi. & l. 3. in fi. s. eo. Aut incipit defendi fictè, & præualet cl'a, ob rẽ nõ defensam, l. cum q̃rebat. Si verò añ litis contestationem defenditur, sine dubio pręualet cl'a iudicati, d. l. 3. in fi. s. eo. tit.

Rem ratam haberi, & de ratihabitione. Tit. viij.

¶Duas partes habet hæc rub. Primò, rem ratam haberi, hoc est de illa stipulatione rem ratam haberi: secundo dicit de ratihabitione, hoc est, qualiter possit habere rem ratam.

LEX PRIMA.

a Cum quis. [a] Qñ cõuenitur ille, cui exceptio rei iudicatæ competeret, si verus procurator excegisset, stipło de rato committitur. h. d. Text. ibi, pro domino, exponit Dy. i. pro eo, q stipulatus fuit
b de rato. [b] ¶Opp. ad id quod dicit de cõfideiussore; stipulatio ista committitur ad interesse, l. si commissa. j. eo. & j. l. proxi. sed con fideiussoris nõ intẽest, si alter fideiuss. conuenitur, l. vt fideiussor. s. de fideiuss. ergo hæc stipło nõ ꝯmittit. Sol. intellige, quod isti fideiussores erãt socij, & sic qđ in fine dicitur de duob. reis, referaẽ ad vtrũq;. Vel aliť dicas ꝙ text. & gl. hic habuit respectum: quia si fideiussor conuenitur, deberet sibi cedi actio, ideo molestaretur ille qui prius fuit absolutus fm Dy. sed præcedens solutio magis placet. Et prędicta sunt vera prout ponimus hic, ꝙ iste cõuentus fuit absolutus. Item possemus ponere, qd iste conuentus fuit cõdenatus, & soluit: tunc sine dubio interest eius, ne fideiussor conueniatur. Nam fideiussor conuentus haberet regressum ꝯ principalem debitorẽ, sed iste fideiussor primo cõuentus, qui soluit, ad hoc, vt possit repetere per actionem mandati, debet principalem debitorem defendere. vt s. tit. j. l. si ex duobus. §. quoties. & sic ei' interest fideiussorem non conueniri. Non habetis hic alia.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Cum quis. Qũo debeat cauere ꝓcurator rẽ ratam haberi, vide bonum tex. in l. non solum. §. qui alieno. de proc. Et ad materiam ratihabitiõis, vide Bal. in l. obseruare. §. post hæc. ff. de off. procon.

b Alex. ¶De rato. Vide dñam inter ratum, & firmũ per Bar. & Sal. in l. id quod pauperib. de epis. & cle. & vide q̃ dixi in l. si quis maior. C. de trans. Et formæ huius cautionis vide per Bar. in l. procurator, cũ peteret. j. eo. & Cy. in l. j. C. de proc. Et no. ꝙ ista stipulatio cõmittitur, quãdo promittit potius facere, quã curare ꝙ dñs habeat ratum, & non facit. ita no. Bald. in ca. j. §. ad hæc. in tit. hic finitur lex. deinde inci. consue. quod not.

LEX II.

In stipulatione. Vos habetis vnam magnam gl. q̃ non tendit, nisi ad positionem casus, & habet hic tex. duas lect. principales. Secunda ibi circa fi. gl. ibi, secũdo pone casum. tñ fm primã expositionem literæ, lect. huius legis variatur quatuor, vel quinque modis: tamen tu tene secundã expositionem literæ, quæ est clara, & plana.

LEX III.

1 *Minor, qui non habet curatorem, potest procuratorem constituere.*

2 *Procurator minoris siue verus, siue falsus, ad iudicia satisdans dominum ratũ habiturum, non cogitur satisdare: quòd si minor peteret restitutionem in integrum, dabit quanti ea res erit: secus in procuratore recipiẽte solutionem.*

Minor non potest renunciare beneficio restitutionis in integrum.

3 *Minor compromittens, & promittens pœnam si non parebit sententiæ, petendo restitutionem in integrum, non incidit in pœnam.*

Promittens sententiam arbitri habere ratam, si petit eam reduci ad arbitrium boni viri, non incidit in pœnam.

Cùm minor. Ista est no. lex, & diuiditur in partes quatuor. Primò loquiẽ in procuratore vero minoris. Secundo in procuratore falso minoris. Tertiò dat ꝯsilium circa verũ procuratorẽ. Quartò dat cõsilium circa falsum ꝓcuratorẽ. Secunda ibi, idemq;. Tertia ibi, & iõ. Quarta ibi, mandato vero, &c. ¶Tex. ibi. alioquin si nõ cõueniat. dic, id est, si hęc clausula de pstando interesse, si restõ petatur, non apponereẽ. Itẽ ibi, consentiat, id est, ratum habeat. Itẽ ibi, dari oportebit de iure communi minore non habente ratũ, nec petente restitutionem.
1 ¶†Opp. & vr, ꝙ minor non possit constituere ꝓcuratorem, l. neque. C. de ꝓcu. Dicit gl. dic, ꝙ hic ꝯstituit cum autoritate tutoris, vel curatoris. Vel dic, ꝙ illa in iudicio, sed ista ex iudiciũ, dicit gl. hæc pt esse vera, si ponis minorẽ non hẽre curatorem. Nam sicut ipse posset solutionem recipere, l. si curatorẽ. C. de in integr. rest. eodem modo poterit ad hoc procuratorem constituere, argu. l. diuus. §. fi. & qđ ibi no. s. qui pe. tut. & l. etiã. §. absens. s. de manu. vindi. & qđ nota. ex de restitut. spo. c. ex parte. ¶Quæro duo. Primò, qd velit dicere tex. ibi alioqn si non conueniat, &c. Glo. va-
2 cillat. tu expone fm qd dixi circa tex. ¶†Scdò q̃ro, an cogaẽ ꝓcurator falsus, & ẽt verus cauere cum hac adiectione, ꝙ si minor petit restitutionem in integrum, dabit quanti ea res erit? Quidã, vt Old. dñt procuratorem falsum debere cauere, nisi consentiat, vt hic, & fm hoc verus procurator astringiẽ plus q̃ falsus, fm eũ. Sed Rog. dixit, minus intelligũt q hoc signant, q. d. malus intellectus est, ꝙ plus astringatur verus procurator, quã falsus. Io. vero posuit hic gl. suam breuem sic. non per oĩa rectũ consilium dat, q. d. non est ratũ procuratore nolente cauere: cùm non compellatur. Vñ gl. dicit procuratorem verum, & procuratorem falsum posse cogi præstare istam cautionem, si minor petat in integr. restitui, & causatiuè, vt eis aliter non soluatur, nisi caueãt. Prædicta vera, nisi debitor nõ curet caueri sibi: qa tũc nõ caueẽ, nisi conueniatur, &c. & ita loqẽ iste tex. Alij dñt, ꝙ ista est mala lr̃a, & corrupta. Gl. tñ residet in pcedẽti, fm q̃ habes notare, ꝙ procurator minoris, verus, vel falsus, cogaẽ cauere, si minor petit restõnem in integ. qđ no. qa hæ oppositiones faciunt adhuc ad mille ĩstrumenta: & hoc probatur p Dy. & Spe. de procu. §. rõne quoq; ꝯstituentis. ver. itẽ qđ constituẽs. Iac. de Aret. tenet ꝯtrium. Nã nõ dẽt defensor, vel procurator cogi ad illud, ad qđ non cogeretur principalis, præterq̃ quo ad illã cautionẽ, de qua loquitur l. sed & hæ. §. defendere. j. s. de procu. & l. minor. §. qm. eod. ti. sed ipse minor ñ cogeretur renunciare beneficio restõnis: immo non valet, si renunciaret, l. si intra. & ibi no. C. de in integ. rest. & l. si iudex circũuẽto. s. de mino. & l. doli exceptio. ver. diuersum. s. de noua. Ego puto quòd gloss. ista dicat verũ in casu suo, scilicet in solutione. Nam non cogitur quis soluere procuratori, nisi caueat præstita cautione. Ratio, quia minori posset taliť soluere ꝙ beneficiũ restitutionis cessaret, scilicet soluendo iudicis autoritate, l. ait pror. §. permittitur. s. de mino. Vñ p aduentũ procuratoris non dẽt eius cõditio fieri deterior, vt vidistis in l. 2. §. defendi. ver. sed puto. s. ex quib. cau. in pos. ea. sed ĩ procurat. q venit ad litigãdũ, puto ꝙ verũ dicat. Ia. de Are. ꝙ nõ cogaẽ pstaẽ istã cautionẽ. q̃ ñ cogeretur pstare principalis qđ dico ĩ ꝓcuratore vero, idẽ ĩtelligo ĩ ꝓcuratore

tore falso.¶†Vltimo Dy. inducit hanc l. in arg. q si minor ꝯpmittit in arbitrũ,& ꝑmittit pœnã, si nõ parebit sñiæ, q petẽdo restõnẽ in integrũ, nõ incidit in pœnã. Idẽ dico si aliqs ꝑmittit se habiturũ ratã sñiam arbitri, & eã petit reduci ad arbitriũ boni viri, nõ incidit in pœnã. Nã ratã hẽt q hoc petit,& iõ dẽt expsse adiici b q nõ petet reduci ad arbitriũ boni viri, q clausula qd opet, no. p Dy. in l. qdã cũ filiũ. §. de ver. ob. & c. scienti. de reg. iu. lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶Vltimo Dy. inducit. Adde, q Pau. de Ca. dicit verba bar. esse notãda, dũ ât q ꝑmittens ratã habiturũ sñiam arbitri nõ incidit in pœnã, si petit reductionẽ. Dicit tñ q Ang. tꝫ cõtrariũ, per gl. in l. tale pactũ. §. j. §. de pac. quę dicit, q ille q ꝑmittit stare sñiæ iudicis, & nõ venire cõtra, vr renũciasse bñficio appellandi, ergo & bñficio reductionis ad arbitriũ boni viri. Non obstat iste tex. qa hic illa ꝓmisio pt referri ad drĩam mandati, q nõ veniat cõtra ex illo capite, nõ aũt q ñ veniat cõtra rõne iniqtatis sñiæ, sed qñ actus gerit per seipsum, non potest fieri respectus, nisi ad iniquitatem sñiæ, vel laudi. vñ ꝓmittendo nõ venire contra, vel acquiescere, censetur promisisse non petere reductionem ad arbitrium boni viri rõne iniquitatis, alias nil operaretur ipsa promissio, ideo non debet distingui, an succumbat vel non, sicut si expsse renunciasset dictæ appellationi, & hoc placet, dicit Paulus, quicquid dicant bar. & Dy. licet eorum dictum frequentius allegetur. Tu adde quod dictum bar. in primo sequitur bal. consi. 92. lib. j.

b Parif. ¶Expresse adiici. Vide Cur. consi. 90.

1 *Appellans habet sententiam ratam, & illam confirmat tanquam sic latam, non tanquam bene latam.*

a **§ Falsus.** a No. notabilẽ tex. † q ille q appellat, habet ratã sñiam. Rõ: quia al's non cõpeteret sibi ius appellãdi, nisi sñia esset aliqua, l. si expssim. §. de app. vñ ꝯfirmat sñiam tãq̃ sic latã, nõ tãq̃ bñ latã. Facit l. Põponius scribit. §. de neg. gest. An ât appellãdo vidaẽ qs approbar sñia nullã: dic vt d. l. si expssim. ¶Dr hic, cũ ad auxiliũ cõe. Quæro qd vult dicer auxiliũ cõe. Dicit gl. cõe oĩum ꝯdẽnatorũ, vel cõe rei, & ꝓcuratoris. Quero, qd b si decursũ b sit ad auxiliũ spãle restõnis in integrũ? Dicit gl. idẽ, vt §. ꝓxi. qa illud auxiliũ est ꝯ ius commune: secus si esset secundum ius commune, qa peteret in iudicio, vel ex iudiciũ. Gl. nõ habuit malum respectum: sed verba sua nõ sunt generalia. Ideo est aduertendũ, an aliqs venit ꝯ, ea rõne, qua posset, et si verus ꝓcurator litigasset, & nõ videt ĩprobare, vt hic & in prin. huius legis: secus si venit contra ea ratione quasi ver⁹ procurator nõ sit.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Falsus. De intellectu hui⁹ §. vide Imo. ĩ d. l. nemo pt. de le. j. & Bar. post Bald. in l. j. C. de arbit. & in l. posthumo. C. de coll. per Bar. & Bal. & vide Bar. & docto. in l. si tutor. C. in qui. cau. in integ. rest. & Bart. in l. 2. C. si ex fal. instr. & ibi per gl. & Bal. & an appellando videar fateri iudicem à quo fuisse iudicem meum, vide Bal. in l. eos. in prin. in vlti. col. C. de appel.

b ¶Claud. ¶Decursum. De veritate huius dicti, vide per Ale. in l. sciendum. §. de ver. ob. versi. iuxta hoc qrit Bar. an si iurauit minor. De eo autem, qui petit reductionem, vel dicit laudum nullum, Are. consi. 90. & cons. 100.

LEX IIII.

1 *Dominus videtur habere ratum, quando facit illud, quod non potest facere, nisi quod factum est à procuratore, ratum sit.*

Procurator. In hac l. gl. põit casum duob. mo. Op. q cautio de rato hodie possit ꝯmitti: qa dñs iurat de calũnia, vt in aut. principales. C. de iura. cal. ꝯ vr hẽre ratũ fcm à ꝓcurator. Gl. in l. ꝓxi. in ver. ꝯprobãs. rñdet: certe post iurm pt procuratorem reuocare, & ei ꝯdicer. Tu dic, vt not. & melius in l. Põponius. §. sed & is. §. de ꝓc. & vide gl. in d. l. ꝓxi. sup ver. pseqretur, quæ incipit, qliter quis. ibi, sed arg. ꝯ sed in oĩb. est reperire fauorẽ, vel aliam iustam cãm. ¶†Quæro, qñ dñs videat habere ratum? Respond. qñcunque facit illud, quod facere non potest, nisi illud sit ratum, quod factum est à procuratore, vt in exemplo hic posito. facit l. pro hrde. §. Papinianus. de acqu. hær.

LEX VI.

a **Tutore.** In cã suspecti ꝓcurator ex pte ri cogit cauer de rato. Op. & vr, a q ex pte actoris pstet ista cautio: sd ex pte rei sufficiat cautio iudicatũ solui, l. non solum. §. q alieno. & §. seq. §. de proc. Sol. speciale ẽ in cã suspecti tutoris, & in qbusdã aliis, q ponunt in §. si status. & §. seq. in d. l. nõ solũ. Rõ, qñ p cautionẽ iudicatũ solui, est cautũ actori, nõ dẽt interponi cautio de rato. Quid enim interest sua dñs hẽat ratũ, vel nõ, sibi soluit? Certe nihil. Sd qñ dño nõ est cautũ vt in cã status, vel suspecti, vt hic tunc etiam ex parte rei debet caueri de rato, vt hic.

ADDITIO.

a Alex. ¶Opp. & videtur. Quando procurator rei, non tantum procurator actoris. Adde Bar. in l. de pupillo. §. meminisse. §. de ope. noui nunc.

LEX VII.

Si is cui. Hæres nõ pt ratũ habere qd factũ est nomine defuncti, in his, quæ ad hæredem non transeunt. h. d. Oppo. de l. si quis offerenti. §. pen. §. de sol. Sol. ibi in his, quæ ad hrdem transeunt. hic in aliis, vt no. per Dy. de reg. iur. c. ratum. in pen. q. lib. 6. & l. Pãtonius. §. de acq. hæ. dicã plenius. §. e. l. bonorũ. Itẽ op. de d. l. Pãtonius. Sol. speciale in restõne in integrum.

LEX VIII.

3 dixi in l.ij.§.si publico.ff.de adul.¶†Quæro circa volũtatẽ furis, qđ si fur dicit se putasse dñm consensurum? Gl. dicit hic, ꝙ credit furi quãtũ ad hoc, vt liberet ab actione furti: sed ad hoc, vt teneat actione alia, inspicimus vtrum debuerit credere. Pro hac gl. facit Inst. de actio.§.aliq. vbi in his, q̃ depẽdẽt ex volũtate nostra, statur dicto nr̃o cũ sacramẽto, sed ſm hoc nũq̃ puniret aliqs fur de furto: qa semp diceret, cre... dñm pmissurum. Bř gl. Inst. de obli. q̃ ex del... §. placuit. dicit melius. Aut qs habuit rẽ ab initio dñi volũtate, vt qa dñs sibi commodauit æquum, vsque ad villam, tũc de facili pt credere dñm pmissurũ in iter longius: sed si ab initio subtrahit domino ignorante, tunc non est credẽdum furi. Hoc satis
a placet. Tamen breuius [a] possumus dicere ꝙ ꝯ furem est præsumptio iuris, ꝙ ipse credit dominum non permissurum, cum nemo præsumatur iactare rẽ suã, & pecuniã suam: vt ff. eo. l. qui vas. §. ve-
b tare. & ideo nisi fur ondat aliqua indicia [b] verisimilia, pp q̃ sit credendum ipsum putasse dñm permissurum, nõ crederetur ei. Nec obst. gl. in d.§. aliq. qa illud verum est in his, in qb. non est iuris pſumptio ꝯ asserẽtẽ, arg. C. de iniur. l. si non ꝯuicij. ¶Vltimò hunc
4 §. allego ad duo valde notãda. †Primum est, ꝙ si tu interfecisti ali-
c quem bãnitũ, quẽ licèt occidere, vtrum habeas [c] tu necesse docere, te sciuisse ipsum esse exbãnitũ tpe, quo occidisti? Puto ꝙ non, immo ẽt si ignorabas iusta ignorantia, & credulitas tua pt tibi allegari ad incõmodũ tuũ. Casus est hic, & Inst. e.§. placuit. Facit l. genero. ff. de his, q no. infa. Sed ecõuerso, ad commodum tuum pt allegari, dicendo, putabã eũ exbãnitũ, cũ ipse nõ sit, qđ dic vt l.
5 pe. ff. de adul. Secundo dicebam per hanc legẽ, † ꝙ in maleficiis ñ debet responderi positionib. per credit, & non credit, sed dẽt rñ-
d deri de veritate, d sic est, vel nõ est. Nam vides, ꝙ in maleficiis credulitas non inspicitur ad incõmodum accusati, sed veritas, vt dicit tex. ibi, se facere sciuit, & ibi per ꝯrium, &c. Et debet respondere de veritate, nõ de credulitate. De hoc dixi plene in l. Marcellus. ff. rerum amo.

ADDITIONES.

a Ale.¶Tamen breuius. Vide Inn. in c.2. de const. vide Bal. in d. l. falsus. & no. qđ licet iuramentum sufficiat ad probandum ignorantiam, vel ea quæ pendent ex animo nr̃o, adde tñ post Bar. hic, ꝙ istud fallit, nisi aliqua præsumptio iuris esset contra iurantem, vt no. Io. And. post Inn. in d.c.2. de consti. faciũt no. in reg. pſumitur. in 6. & per Pau. de Leaz. in cle. cõstitutus de ele. & vide gl. in cle. 1. ad fi. in vers. quam cito commode poterit. de pœn. & vide Io. And. in d. c.2. & Bar. in l.2.§. si à pupillo, pro emp. & plene not. in c. significasti. ff. de ho. & dicit Bal. in l.2.§ pe. in fi. ff. si quis cau. quod si notificatio dilationis fuit facta ad domum; statur iuramẽto tuo, quod ad tui notitiam nõ peruenit, adde gl. in c. dudum. 2. extra de ele. in ver. furtum.

b Clau.¶Indicia. Adde pro hoc optimum tex. in l. falsus. §. qui alienũ. ff. eo. quẽ ad hoc dicit melio em de iure, Are. in l. interdum. §.1. ff. de acq. pos. vide etiam qđ ponit Alex. in l.j.§. fi. si quis ius dic. non ob tem. & cons. 114. volu. 1. cons. 115. vol. 4. d. Clau. in l. ... in fi. ff. de acq. pos. & aliquid in l.1.§. per procuratorem eo. ti. & quod in simili ponit Bar. in l. ... §.1. ff. de itine. actuque priua. Imo. in l. Celsus. ff. de vsucap.

c Ale.¶Vtrum habeas. Vtrum occidens exbannitum debeat habere pretium statuti, licèt nesciret occisum bannitum esse, vide Bar. in l. omnes populi. de iust. & iur. in 5. q. prin. vide quod no. Bar. in l. genero ff. de his, qui no. inf.

d Ale.¶De veritate. In maleficiis debeo respondere de veritate, sic est, vel non est. Facit quod no. Bal. in l. de ætate. §. nihil. in vlt. dic. ff. de interro. act.

§. Si furtiua. Op ff. e. l. ei q. Sol. Ibi fuit assidua ꝯtrectatio, nõ ĩterrupta: hic vero fuit interrupta.

LEX XLVIII.

1 *Actio furti nascitur ex assidua contrectatione, si contingat mutatio dominij.*
2 *Furtum faciens Florentiæ, si reperitur hic Mediolani cũ furto, potest hic puniri.*
3 *Arbitratores si cœperunt cognoscere tanquam arbitri, & postea assumpserunt tertium, cuius interuentu videtur nouum compromissum, poterunt redire ad viã arbitratoris.*
4 *Tertius si eligitur ab arbitris, non dicitur nouum compromissum, nec dr̃ arbiter secus si eligitur à partib. quia dicitur arbiter, & est nouum cõpromissum.*

Si dominium rei. Interuentu noui dñi assidua ꝯtrectatione nascitur actio furti. h. d. in summa. ¶Op. & vr̃, ꝙ assidua cõtrectatione nõ nascat actio furti, l. ei q. ... e. Sol. dñt quidã, hoc ideo, qa ex prima ꝯtrectatione nõ habet actionem, & sic hæc lex pcedit clare in legatariis: put vero loquitur in hæredib. & bonorum possessor. & in patre adoptiuo, nõ habet actionẽ ex noua ꝯtrectatione: sed ex veteri. Ita ĩtelligit Roge. hic, cuius opi. tenet gl. in l. si abducta. C. eo. Sed ista opi. Roge. est ꝯ mentem huius l. & glo. reprehendit eã hic, & etiã in l. sed
1 nec legatarius. ff. de cõd. fur. Ad ꝯrium resp. † assidua cõtrectatione non nascit actio furti noua. verum est, nisi contingat mutatio dominij, vt hic. Ista vera est. Habebit ergo hæres, bonorum possessor, & pr̃ duas actiones furti pro eadem re: vnã p contrectatione facta in vita defuncti: aliam p ea, q̃ est facta postquam ad eum p-
2 uenit dñium, & istud est valde no. Et aduerte, Aliqs † fecit furtum Florentiæ, reperit hic cum re subtracta poteritne puniri hic? Cõmuniter diceret, ꝙ non, de iure: quia assidua contrectatione non
a nascitur actio furti. Sed ꝯ dico [a] per hanc legem, nam sicut mutatione dñij nascitur noua actio furti ad pœnam applicãdam parti, sic mutatione territorij, & iurisdictionis noua nascit actio seu accusatio furti ad vindictã publicã, p istã legẽ: nota & tene mẽti. ¶Op. Rei nõ possessæ ñ fit furtũ, l. hæreditariæ. ff. e. sed istã rẽ nũq̃ possedit hæres, ergo nõ fit furtũ. Respon. qñque quis nunquam possedit rẽ facto furis, & tũc nõ impedit nasci actio furti, vt hic, & l. si abducta. C eo. & ibi gl. Qñq; nũq̃ possedit rẽ: iõ qa ñ apprehẽdit absq; fcõ furis, & tũc ñ nascit actio furti, d. l. hæreditariæ. Vlti.
3 Dy. inducit ĩ arg. hãc legẽ ad q. † ꝙ si arbitratores ĩcœperũt cognoscere tãq̃ arbitri de iure & postea assumpserunt tertiũ, ꝙ ĩter-
b uentu [b] nouæ psonæ videat nouũ ꝯpromissum, & ideo possunt ředire ad vias arbitri, vel arbitratoris, & eligere aliã viã pcedendi: sđ lex ista facit multũ à lõge. De hoc ponit Dy. & ibi dixi, in l.3. ff. đ test. mi. & in Spe. tit. de arb. §. sequitur. ver. qđ si compromissum.
4 †Vtrũ aũt assumendo tertiũ, videat nouũ ꝯpromissum cẽ? Vos
c debetis scire, ꝙ qñ terti[c] assumit ab ipsis arbitris, vel à iudice, ꝙ ñ est nouũ cõpromissum: certè nec ille tertius est arbiter, sđ est quidam tertius assumptus ad ꝯcordãdũ eos, adeo ꝙ ipse nõ debet sen-
d tentiare, sed arbitri [d] cogentur sententiare ſm consilium suum, l. nõ distinguemus. §. pen. ff. de arbi. & qđ no. in gl. & clarius in Spe.
e ti. de arb. §. fi. ver. sed nũq̃d iste tertius. Si vero ille [e] tertius assumeretur à partib. tunc satis puto, ꝙ ille tertius sit arbiter. & nouum
f compromissum videatur, arg. l. Pedius. in fi. ff. de arb. facit ad hoc [f] ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. hoc autẽ est verum de iure cõi, iura tñ municipalia in quibusdam locis dicunt assumendum tertium arbitrum. tunc quia ius municipale, appellat eum arbitrum, dicendum est, ꝙ est arbiter, & cogetur sententiare.

ADDITIONES.

a Ale.¶Sed contra dico. Adde, quod contrarium consuluit Io. de Lign. Bar. de Sal. Bal. Gaspa. Cal. adde Bal. in l.1. de confess. qui tenuit cum Bar. si res nõ est vendita, & eam secum habet ꝙ no. Bal. in l. cũctos populos. ver. iuxta hoc tertio quæro, dicit statutum. C. de sum tri. & fi. cath. & dicit Ang. quòd vidit disputari opi. Bar. hic, per plures assessores, & est vtilis reipub. tamen dicit, ꝙ huiusmodi opi. de rigore iuris communiter reprobatur. Nam si per mutatioñe territorij in contrectatione continua committeretur nouum furtũ, variari posset ex mutatione locorum etiam furti qualitas, & sic respectu vnius loci esset fur manifestus, si ibi deprehensus esset, respectu alterius non contra l. 3. §. si cũ trib. se. ff. eo. nisi sustinẽdo Bar. dicas, secundum eum, quod iterũ cõditio furis fuerit mutata, vt de seruo liber factus sit in itinere, vel nisi dicas, ꝙ immo furti actio nõ sit nata, vt in dictis iurib. vel qa in ipso initio fur fuerit eo animo, vt se in alio territorio transferret suæ securitatis causa in his trib. casib. tenet opi suam Ang. sed opi. Bar. tenet Bal. in l. si abducta. C. eod. & Spec. de compe. iu. adi. §.1. in ver. sed pone, quidam Lucanus ibi, præsertim si spolia. & Gul. & Bal. in d. l. qui fure. ff. de sta. ho. Contrarium consuluit Old. & collegium Bononiense, pro quib. vide tex. in c.1. de rapt. & l. inficiando. §. infans. ff. eo. & no. Bar. in l. nunquam plura, in ver. item opp. de l. inficiando. ff. ti. 1. & quod dixit gl. no. in l.1. § nemo. C. de anna. exce. & verior vr̃ hæc opinio, nisi in vagabundis. l.4. §. ait prætor. & quod ibi Bar. de dã. infe. & qđ not. in d. l. si abducta. vel nisi prorogauerit iurisdictionẽ. Item nisi per contrectationem primo loco factam non esset nata actio furti priuato. Exemplum in l. falsus. §. q. alienũ. & in l. inter oẽs. §. rectè. ff. eo. Item nisi eodem die furtum in aliud territorium cõtrectasset, per l. quid enim ff. eo. quod no. Cy. in d. l. vulgaris. ff. eo. & in l.1. de crimi. fal. tamen potest puniri de cõtrectatione, quia cælare res alienas est delictum, l.3. §. sed & si qui merces. ff. de crimi. stellio. & hoc casu est delictum innominatum, secundum Bar. in l. nunquam plura. ff. de priua. deli. Idem tenet Bar. in l. sed nec legatarius. de cõd. fur. licet bal. & Sal. teneant contrarium in d. l. si abducta. C. de fur. Et omnino adde quod bal. in c.1. §. iniuria seu furtum. de pac. iur. fir. quæsiuit, aliquis cum armis fecit rapinam Perusij, postea cum re rapta captus est Mediolani, vtrum debeat puniri tanquam latro, an tanquam simplex fur, cum ibi non fecerit rapinam, an nullo modo? vide ibi omnino bal. vbi etiam quærit, an iudex, qui habet ius commune, & statuta, possit seruare ius commune tantum. Et adde, ꝙ opi. bar. hic sequitur d. Ant. in c.j. de rapto. & tenebat Fran de Alb. de Are. p l. inficiando. §. infans ff. eo. & idem d. S. Iustius de Peru. alleg. l. verum. in prin. de mino. & in l.j. C. de noxa. & l.3 in prin. ff. rerum amo. & gl. in l. de his. C. de fur. & quod no. bar. in l. si C. eo. & per Ang de Are. in trac. malef. in vers. & veste cœleste, qđ est verũ, si contrectat rem, non pretium ex ea, l. qui vas. §. si. ff. eo. per Can. in c.1. de rap. ca fi. de fur. vide omnino Ang. hic. Adde ꝙ opi. bar. dicit Bald. de iure veram, sed ꝙ de facto non seruatur, eius cons. 150. v. lib.

b Alex.¶Quod interuentu. Sed quod assumpto tertio possunt arbitratores redire ad viã arbitramenti, vr̃ velle Bar. in d. l. neque natales. in fi. C. de probatio

c Ale.¶Videatur nouum. Vide quæ dixi in l. itẽ si vnus § principaliter. ff. de arbi. Adde quod bal. in l. fi. in x. q. C. de contrah. emp. dicit, licèt tertius assumatur, tamen pœna compromissi coram eo locum habet. & an ille tertius dicatur arbiter, no. per bal. in l.1. in 2. opp. C. de his, quæ pœn. no. Et ad bal. hic, & de bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & in tract. ad reprimen verb. posit. p Ro. in ru. đ arb. & no. Bal. in l. nec codicill. in fi. C. de test. & no. Bal. in l. 1. C. de fur. & Ang. in l.j. & 2. ff. de iud. & Ant de But. in c. Quintauallis de iureiur. & Guid. de Suz. in l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. & no. ꝙ etiam assumpto tertio, possunt arbitri redire ad viam arbitrament, vt videtur velle Bal. in l. neque natales. in fi. C. de proba. Adde, an tertius assumptus dicatur arbiter. Pet. de Anch. cons. 277. Et an tertius electus habeat eandem potestatem, quam alij duo. vide Bal. in cons. 16. 5. lib.

d Barb.¶Sed arbitri. Vide istud dictum allegari in c. suspicionis. de of. delega.
e Barb.¶Si vero ille. Adde bar. in l. Item vnus. § principaliter. de arb.
f Barb.¶Facit ad hoc. Pondera, quia immo vr̃, quod sit ordinarius, vel quasi, per id quod voluit gl. in d. c. suspicionis.

LEX XLIX.

1 *Dominus auferendo rem suam à fure, non amittit actionem furti.*
2 *Cõdemnatio, licèt quis dicat rem maioris ponderis, & reperiatur minoris, nihi*

lominus sequitur in minori.
3 *Vas, de quo est contentio, debet exhiberi testibus, vt illud recognoscant.*

Qui vas. Opponit, vr ꝙ dñs offerendo rem, perdiderit ius suum, l. extat, ff. qđ met. cau. & l. si qs in tantũ. C. vñ vi. Gl. dat multas sol. sed vltima sol est vera. Nã hic dr, ꝙ non obstante violentia furti, debet condẽnari ad pœnã, circa quam nullum delictum commissum est auferendo rem: sed secus esset in ꝯdictione furtiua, circa quam delictũ fuit ꝯmissum auferendo rem
1 quia cõdictio furtiua est in re, †& iõ auferẽdo rem amisit ius suũ sed actio furti est extra rem. Et hanc opin. tenet Cyn. C. vnde vi. in d. l. si quis in tantam. Item op. ꝙ quis non teneat dicere pondus,
2 vt ff. e. l. in actione. So. hic spõte dixit. ¶†Ex hac lege no. duo. Primũ est, ꝙ si quis dicat rem maioris ponderis, & reperiatur minoris, ꝙ nihilominus debeat sequi ꝯdẽnatio, prout reperitur, sicut cum peteret decem, & non probat, nisi in quinque, debet in parte cõdemnari, & in parte absolui, vt C. si aduer. rem iudi. l. j. & qđ ibi
3 no. ¶†Quæro, qñ est ꝯtentio de aliquo vase, vtrum actor possit petere, vt illud vas exhibeatur, vt testes illud cognoscant; & videatur de pondere vasis, & qualitate materiæ? Tex. iste facit, ꝙ sic. Tu dic, vt dixi in l. cum si exhibuissent. §. 2. ff. de publica.

1 *Cælans furem, qualiter teneatur, & an illum indicare teneatur.*

§. Qui furem. Quæro, qualr teneatur cælans furẽ? Aduerte, qñq; quis cælat furẽ, hoc est seruũ fugitiuũ, & tunc non est dubiũ, quin teneat furti, cum distinctiõe
1 tamen, de qua ĩ. proxi. §. facit l. j. in prin. ff. de ser. fugi. †Qñq; qs cælat aliũ furẽ tunc aut cælat eũ cũ re furtiua, & tũc tenet furti tanꝗ pstans opẽ furto. vt C. e. l. eos. sed si cælat furẽ simpliciter, nõ tene
a tur furti. sed tenet pœna illius tit. ĩ. de recepta. Vlti. videtis hic, ꝙ qs non cogit indicare furẽ. hoc est verũ, ꝙ nõ cogitur à parte, vel à lege vt hic, sed à iudice potest cogi, vt no. in l. ciuile est. C. eo. l. idem & si. §. si tibi ob indicium. ff. de condi. ob turp. cau.

ADDITIO.

a Barb. ¶Vltimo videtis. Adde Bar. in d. l. ciuile. & doc. in c. qui cum fure. de furt. & gl. j. q. iij. c. ex his.

a §. Vetare. aNon ꝯsentire, est vetare. Ista materia tangit hic p gl. & plenius in l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur. plenius per Dy. in c. qui tacet. de reg. iur. li. vj. & per Cy. in l. inuitus. C. de procu. Dixi plenissimè in repe. l. quæ dotis. sol. matr.

ADDITIO.

a Alex. ¶Vetare. Et istum tex. limita non habere locum in filio, vel alia persona ratione cõiunctionis, secundũ Bal. in l. si fine. C. ad Velle. & ibi late de materia, & vide Bar. in l. si cum dotem. §. pe. sol. ma. & Bar. in l. j. ff. de eden.

§. Si ego. Op. de l. eũ. §. is autem, apud quẽ. ff. eo. ti. & §. idem Põponius. Gl. nitit soluere ibi. Tu dic, vt statim dicã. ¶Item op. ff. nau. cau. stab. l. sed & ipsi. Gl. sol. vno mõ. Tu dic, & aduerte, ꝙ qñque res puenit ad furẽ ab initio ꝯ dñi voluntatẽ, & tunc nunꝗ hẽt actionem furti, occasione illius rei, l. itaque fullo. ff. eo. Qñque res puenit ad furẽ ab initio dñi volũtate, vt quia est sibi commodata, locata, vel simili modo cõcessa, & tunc aut ipse est fur eiusdem rei, respectu proprietatis eiusdẽ, quia dñm priuat voluit proprietate, & tunc actionem furti non hẽt. & ita loquitur d. l. eũ. §. is aũt. apud quem. & §. idẽ Pomponius. ff. e. t. sed si est fur respectu vsus, vt quia alij commodauit, tunc poterit agere furti. Casus est hic. Ratio: qa hoc secundo casu cõmodatarius non priuat dñm possessiõe. l. qui vniuersas, §. fi. ff. de acq. pos. Et ita tenẽt Doc. C. e. l. fi. circa prin. facit quod no. Insti. đ ob. q ex deli. §. furti. ¶Op. dicitur ĩ. ver. idẽ & in pecudibus. Contra, immo fœtus pecorum
a statim efficiuntur bonæ fidei emptoris: vt ĩ. prox. ver. ex furtiuis. Rñ. illum ver. idẽ & in pecudibus. referas ad prin. §. non ad proximum præcedentem casum. ¶Item op. de l. si aliena. §. fi. ff. de vsuc. Sol. Quidam dñt, ꝙ illa corrigitur per istã. Tu dic, ꝙ ibi fuit conceptum apud furis hæredem, qui erat bonæfidei: hic fuit ꝯceptũ apud ipsum furem. ¶Quæro, q̃ est rõ qñ partus est natus apud bonæfidei possessorem, ꝯceptus apud furem est furtiuus, sed non nascitur actio furti? Rñ. q est in vtero q̃tũ ad sui bommodum hr pro nato. l. q in vtero. ff. de sta. ho. sed de ꝯmodo partus est, ꝙ nõ possit vsucapi, & sic dñium ñ immutat. l. gñalr. §. fi. de fideiꝯ. li. iõ est furtiuus à fure erit contrectatus: sed ꝙ actio furti ꝯpetat, hoc non est ad ꝯmodũ partus: iõ q̃tũ ad actionẽ furti non vr ꝯtrectatus. Circa pertinentia ad hanc mãm, dic plene, vt per gl. & Doct. in l. si ego. §. partus. ff. de pub. in rem act. & C. e. l. ancillæ.

ADDITIO.

a Alex ¶Statim efficiuntur. Adde Bar. & quod no. dicit Bal. in l. ancillæ. C. de fur.

1 *Pretium in vniuersalibus succedit loco rei.*

a §. Cum fur. Op. de l. si res. ff. de iure dot. Gl. nõ soluit. Dñt qđã, ibi spãle: vl ibi ponit casus ꝯ. Dic tu, aꝙ in
1 vniuersalibus† iudiciis ptium succedit loco rei, sicut in petitione hæreditatis, & in fideicommissis vniuersalibus. l. si rẽ & ptiũ. & qđ ibi, no. de pet. hær. ff. & l. Imperator. §. fi. cũ l. seq. ff. de lega. 2. sed dos est quoddã vniuersale, sicut hrditas, peculiũ, & filia. l. qđ dr. ff de ipẽ. & ibi no. dixi plenius ff. sol. ma. sup rub. in q̃st. illa, quid sit dos.

ADDITIO.

a Alex. ¶Dic tu. Hic est arg. pto dicto Bar. in l. j. C. de confes. vbi vide.

LEX LI.

In furti actione. Op. de l. si quid fur. §. qui lãcẽ. & l. tabulas. ff. eo. Gl. dicit subaudi hic, tñ q. d.
a sit in electione actoris qđ duplet. Dic tu ꝙ duplat interesse verũ & cõe, non singulare, hoc est affectionis. Pro cuius rei gratia debetis scire, ꝙ qñque quis vult agere furti rõne dñij rei subtractæ, & tunc fit duplatio, vel quadruplatio respectu veri dñij, vt hic. Item respectu interesse. l. qui tabulas. & l. si quis vxori. §. pe. & l. si vendidero. in pri. ĩ. eo. qñque quis vult agere furti respectu alterius interesse, & tunc sp duplat, vel quadruplat illud interesse, d. l. si vendidero. §. j. Sđ si q̃rat, quod est illud interesse quod duplatur? Rñdeo nõ loquimur de interesse singularis affectionis, vt hic, sed de alio interesse, & extra rem, & etiã ꝯsistente in lucro, sine alterius iniuria: quia bene venit duplandum, d. l. si quis vxori. §. pe. licèt quædã opi. sit hic in glo. quæ innuit contrarium, & male.

ADDITIO.

Alex. ¶Duplatur interesse. An in maleficiis interesse possit excedere duplum, vide Bar. in l. j. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.

1 *Auxilium maleficio, qualiter quis dicatur præstare.*
2 *Opem præstare maleficio dicitur, qui præstat auxilium ante maleficium, & tenetur eadem pœna, qua delinquens.*
3 *Præstans auxilium in ipso actu, quo maleficium committitur, dicitur opem præstare, & eadem pœna punitur.*
4 *Præstans auxilium post maleficium, non tenetur tãquam opem præstans, sed tenetur ex illo tit. C. de his, qui latro. nisi prius præstiterit consilium, nu. 5.*
5 *Impediens familiam capere malefactorem, tenetur lege Iulia de vi.*
7 *Consilium præstans dicitur opem præstare largè non strictè.*

§. Ope. Ad id, qđ hic dr, inimicitiarũ tñ cã. op. de l. q iniuriæ. ĩ. e. So. hic sciebat alios facturos furtũ certos, vel incertos non curo: ibi secus. Simile habuistis ff. eo. l. qui seruo. §. plus Põponius & l. si pauonẽ. ¶Circa legem istam essent q̃renda duo. Primò, de ꝯsilio. Secundò, de ope. Materiã de consilio ponit Dy. in c. nullus ex consilio. ex̃ de reg. iur. lib. vj. & gl. in l. ꝯsilij ĩ. de reg. iur. dicam plene in l. nõ solum §. si mãdato. ff. de iniu. & de auxilio,
a & ope, dicam hic aliqua. Aduerte, a dẽs scire ꝙ † lex punit qñque
1 opem, & auxilium simpliciter datum alicui, nõ ꝯtemplatione certi actus, vt puta, dicit statutũ, quicunque dederit opẽ, vel auxiliũ exbannito, puniatur in tñ. Qñque punitur auxilium respectu cer
b ti actus, b vt puta, qui dederit auxiliũ ad maleficium ꝯmittendum. Primo casu auxilium intelligit multum latè pro quolibet adiutorio, siue mutuet pecunia, siue pariter associetur, siue quid aliud faciat, qđ ad eius vtilitatẽ pertineat. Hoc pbatur in l. 4. in prin. ĩ. ad legẽ Iul. maie. ibi, cuiusve opera, &c. Tñ circa hoc est aduertendũ quia qñque præbet tali auxiliũ sciente superiore, implorãdo simpliciter misericordiã, vt si procuro hic, ꝙ aliquis rebanniat, istud est licitum regulariter, vt l. quidã. ff. de reb. dub. & l. in metallum. ĩ. de pœnis. & l. diui. Fallit in eo, qui esset damnatus pro crimine læsæ maiestatis, pro quo non licet supplicare, l. quisqs. §. denique. C. ad leg. Iul. maie. Qñque hoc fit corã superiore in via iustitiæ, vt qa peto pronunciari bannũ nullum, vel peto cessari, allegans aliquẽ casum iustitiæ, & pone ꝙ succũbã, an ego qui fui procurator, vel
c aduocatus in curia, videor pstare c auxiliũ? Ad hoc facit qđ ponit multũ latè Inno. ex̃ de sen. exꝯ. c. q̃tæ. in gl magna. Qñque præstat auxilium extra iudicium ignorante superiore, vt mutuando pecuniã, vel aliud adiutoriũ, & tũc punit, ve d. l. 4. ĩ. ad leg. Iul. maie.
2 Et hoc de primo. ¶Venio ad fm, & dẽs scire, † qñq; qs pstat auxi
d lium ante maleficium, vr si pstat ferramenta, d vel scalã, cã faciẽdi furtum, vel pecuniã cã inueniendi assassinũ, vel domũ, vbi stet ad talia faciendũ, & silia. & tunc vr pstare opẽ maleficio, vt ĩ. eo. l. si pignore. §. q ferramenta. & l. vtrũ. ĩ. ad leg. Pompe. de par. & ĩ. de adul. l. q domũ. & iste punietur eadẽ pœna, qua principalis delinquens, habita tñ distõne qualitatis, fm qđ dixi in l. is, q opẽ. ff. eo. In accusatione tñ, q̃ fieret de tali auxiliante, non est necesse, ꝙ ponat tps illius auxilij antea pstiti, sed sufficit tps delicti, & locus delicti, qa illo tunc oblatur, vt ff. l. q seruo. & ibi dixi. & ĩ. e. l. qs vxori.
3 §. neque verbo. Qñque† qs pstat auxiliũ in ipso actu, quo maleficiũ ꝯmittitur, assistendo malefactori, vt habilius ꝯmittatur, & tunc idẽ punitur tanꝗ præstans opẽ, & eadẽ pœna, semp cũ distinctione, quam

ADDITIONES

a Bar. ¶Aduerte. Adde Ang. in l. j. C. de Nili ag. non rump. vbi reprehendit istam distinctionem Bar. vide Sal. in l. j. C. de rap. vir. vide quę dixi in c. sicut dignum. de ho.
b Alex ¶Certi actus. Adde eundem Bart. in l. sciente creditore. ĩ. ad leg. Pomp. de parri. vbi per illum tex. dicit, ꝙ etiam mutuans pecuniam, non dicitur præstare opem seu fauorem. Idem dicit Bar. in d. l. 4. ĩ ad leg. Iul. maie.
c Videor præstare. ¶Aduerte, quia Bar. in l. post legatum. §. sunt qui. de his quib. vt indig. tenet ꝙ aduocatus, vel fideiussor banniti dicitur præstare auxilium, vel opem.
d Alex. ¶Præstat ferramenta. Adde tamen, quòd si concedo arma, vel famulatum tibi dicẽti te ire in villam, & iuisti ad occidendum hominẽ, non teneor, vt præstans opẽ, ideo oportet constare de scientia, l. quicunque. & ibi Bal. C. de ser. fug & vide Bar. in l. omnes C. de agr. & censi. lib. xj. Et de materia præstantis auxilium, vide plene Sal. in l. j. C. de rap. vir.

ne,q̃ dixi in d.l.q opē.s̃.e. ꝓbat̃ in l.j.C.de rap.virg. q̃ est no.lex ad
4 ista.Qñque præstatur†auxilium post maleficium, [a]vt puta quidā
a p̄stitit auxilium homicidæ ad euadendum: vidi iā aliquos assesso-
res illos punire,tanq̃ p̄stātes opē homicidio,arg. d.l. raptores.Sed
mihi non placet,nā si bene respicis hanc l. requirit̃, ꝙ præstet̃ au-
xilium ad ipsum homicidium,seu maleficium cōmittendum, sed
in q.nostra non fuit p̄stitū auxiliū ad ꝯmittendū, sed ad euadendū
& iō puto,ꝙ teneatur ex illo tit. C.de his,q latro.&c.l.j.& vlti. Vel
5 si impediret†familiam[b]capere,tenetur lege Iulia de vi.vt in l.lege
b Iulia,infra ad leg.Iul.de vi pub.& ī Auth.vt omnes obe.iud.§.pē.
dixi in l.2.in fi.infra ad leg.Cor.de sica.Hoc probat d.l.raptores.q̃
punit aliter istos,qui prestant auxilium ad euadendum,q̃ eos,qui
6 p̄stant auxiliū ad maleficiū ꝯmittendū. Prædicta†vera nisi p̄cessis-
set consiliū ante:puta facias,quia ego adiuuabo te ad euadendum
q̃a tunc illa spes data est in auxilium ad maleficiū ꝯmittendum,vt
7 hic dr̃.¶†Quæro vtrū[c]ille,q dat ꝯsilium,videatur p̄stare opē?Rñ.
c tex.in l.qui seruo.versi.Idē Pōponius.s̃.eo.vr̃ dicere,ꝙ sic, sed hic
vr̃ dicere ꝯ. Br̃,large sumendo oēs qui dāt ꝯsilium,dant opem, est
enim quoddam adiutoriū, & q̃dam ꝯfortatio, ista talis impulsio,
& ꝯsiliū:sed stricto modo loquendo differt cōsiliū ab ope,vt hic
& l.sæpe.j̃.de verb.sig. Alia plura circa opē dic,vt dixi in d.l.is q o-
pem.s̃.eo.& l.qui seruo.per toram legem.

CONCORDIA.

¶Ope.Pro ꝯcordia aduerte,à bāno,vt extrahat̃ bānitus, qñ aliqs in-
stat,an dicat̃ p̄stare opē,& sic puniat̃ pœna,q̃ imponit p̄stantib⁹
fauorē,vigore statuti.Bar.ꝙ sic.in l.q̃sq̃s.C.ad leg.Iul.maie.Cōtra
allegat̃ sentire ī hoc §.ope. Tu dic.rl'r q solū supplicat Principi,vt
extrahat̃ à bāno,non delinqt,fallit in crimine læsæ maie.Et ita illā
specialitatē alleg.Bar.in hoc §.ope.pp enormitatē criminis. Adde
ad Barto.l.post legatum.§.sunt qui.ff.de his qui.vt indig.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Post maleficium. Adde Bar.per illam l.in l.3 §.si quisquam.ad Syll.& adde Bal.in l.non ideo minus.in pe.col.de accu.

b Alex. ¶Impediret familiam. Vide Bar.in l.furti. j̃.e. Bal.& Ang.in l.2. C.de his qui latr.& in l.non ideo minus. C. de accu.in pe. col.& quid de receptante rē furatā, vel ipsum furem,vide Bar.in l.furtum j̃.eo

c Alex.¶Quæro vtrum. An præstans consilium,videatur præstare opem,Saly in l.1. C.de ser.fug & habes ibi,quomodo,& quando quis teneatur de consilio. Adde Bar.in l.non solum.§.si mandato.de iniur. in versi. quæro, vtrum in persuadente.& in fi.illius §. Adde,an præstans consilium dicatur præstare opem, Bal.consil.220. 3.libr. & Barto. co. Cl.165.

LEX LIII.

1 *Actio in factum pro furto facto per patrē filio,datur in patrē, non actio famosa,*
2 *Filius subtrahens patri,an puniatur pœna corporali si pro furto imponitur pœna corporalis.*

Si quis vxori. Op.dr̃ hic,ꝙ vxor tenet̃ rerum amotarum. Contra C.e.l.fi.§.fi.Sol. Intellige rerum amotarum,hoc est in factū,pp res amotas,secundū Iac. de Are.& no.in lege contraria.Itē opp.de.l.& iō,ij.rñ.s̃.rerum amo. Gl. sol. ꝙ seruus,ibi non commisit furtum quia erat bonæfidei,iō tāquā p̄stās opem mulieri,non pōt teneri:hic vero fecit furtum. ¶Item opp.ad id,q̄d dicit de consilio,& vr̃ ꝙ tex. sibiipsi ꝯdicat.Sol.dn̄t q̄dā ꝙ sequens rñsum corrigit præcedens. Vel verius,primum lo
1 q̄t qñ fi.ius castrēse peculiū non habebat: ſm qñ habebat.†Opp. ꝙ in patrē actio famosa non detur.Sol.fateor, ꝙ non datur actio furti,nec alia actio famosa:sed datur actio in factum.Vltimo tene menti distinctionem positā in gl.& in l.sequit̃.§.si rē.s̃.de vsuc.cir ca q̄d vide q̄d no.Cy.in l.j.in viij.opp.C.de seru.fugi.& q̄d dixi in d.§.si rē.Principiū huius legis inducebant quidā ad q.ꝙ qñ ꝓ fur
2 to imponit̃ pœna corporalis,puniat̃†filius subtrahēs p̄ri,q̄m hēt vnde soluat,s.corpus suum,sicut cum habet castrēse peculiū:sed de hoc habuisti tex.in l.respiciendum.§.furta.infra de pœn.

§.Si Sulphurariæ. Circa m̄am huius §.dic,vt habuisti s̃.eo.l.si apes §.j.

1 *Bidellus an teneatur si alius,quàm famulus scholaris capiat librum dimissum.*

a §.Apud Labeonem. [a]Hic §.est singularis, nec reperitur alibi.Circa §. nostrū q̄ritur,vtrum iste venditor siliginis,liberetur cedendo actionem. Quidā dn̄t,ꝙ sic,vt Roge.nec aliquid allegat,sed ꝓ eo alle. Dy.s̃. e.l.eum q.in prin.& l.cum quis.§.si debitorē.s̃.de sol.& l.si quis ser uo.Alij dn̄t ꝯ.nam si iste siliginarius erat debitor in genere, ergo non liberatur interitu.ita dicit gl.in verb.actionē. Ad leges con-
trarias rñdet Dyn.quia in l.eum qui,erat debitor speciei, merito
b interitu liberat̃,si sine culpa[b]desinit possidere. Ad d.§.si debitorē. & ad d.l.si quis seruo.respondet,ꝙ ibi fuit mandatum speciale de soluendo certæ personæ:hic autem fuit mandatum generale; vt quia non designata certa persona cui solueretur. Ista opin.est glo. & Cyn.& ista satis placet. ar. pro hoc s̃.de solut. l.qui hominem.
1 §.si nullo.†Vlterius ista[c]lex inducitur in arg.pro scholari: scilicet
c si alius, quam famulus suus vadat ad Bidellum pro libro, & ipse sibi tradit,nū liberetur Bidellus.Ita dicit Dy. & non plus dicit.sed certe hic §.loquitur in eo,qui est debitor generis,sed Bidellus est debitor speciei certę: & ideo est aduertendum qñq̄ scholaris recedit,& assignat librum Bidello specialiter,& tunc videndum est cui Bidellus reddidit.Aut.n.reddidit famulo ꝯsueto,aut socio consueto,ita ꝙ sibi culpa non potest imputari, & non tenetur.l. eum,qui.§.fi.& l.argentum.s̃.commo.Et idem puto eadem ratione,si reddidit alteri aportanti aliq̄d signum, cui deberet Bidellus verisimiliter credere.Sed si librum nō assignauit Bidello,sed sim
d pliciter posuit in scholis.[d]an teneatur Bidellus? Text.vr̃ ꝙ sic,in l.j.in fi.s̃.nau.cau.stab.Sed certe ille titulus loquitur ꝯ nautas,caupones,stabularios,specialiter contra ius commune,vt l.3.in fi.e. tit.& ibi no.& habuistis,s̃.eo.l.qui vas.§.si ego. Vnde cum Bidellus non sit de illis,de iure communi non tenetur:sed magis dicerem in eum debere dari actionem, ſm distinctionem l. dominus horreorum.in prin.s̃.loc.& l.ex diui.C.loc.

ADDITIONES.

a Claud.¶Apud Labeonem.Ad intellectum gloss.hic positæ super verb.actionem,vide Alex.post Bar.& alios in l.cum fundus.§.seruum tuum.s̃.si cer.pet. & in l.si debitori s̃. de condi.ob cau.& Are.post Ro.in l.si ex legati causa.de verb.obl.

b Alex ¶Sine culpa.Adde Bal.in l.falsus.C.eo.

c Barb.¶Vlterius ista.Et vide gl.fin.secūdum Mod.in ca.significauit.de appel. vbi iudex citat per priuatum nuncium,si eidem dat sigillum,& ibid. Ant.dicit notab.de eo, qui mittit annulum.quod limitat,nisi ille qui importat,potuisset sibi subtrahere, l.j. C.de Lati.liber.tol.c.ecclesia.2.vt lite pen. Item limitat., quando mittentes erant soliti talia facere,aliàs secus,secundum eum.quod Moderni ibi limitant, nisi esset consuetudo loci:quia tunc non attenderetur consuetudo vnius,ar. l quod si nolit,§. quia assidua,de ædil edic.

d Alex.¶Posuit in scholis.Sed quid si scholaris ad domum propriam Doctoris sui legentis,librum portauit,& ibi relaxauerit, nec aliter custodiri mandauit, & sit perditus,an Doctor teneatur?Dic ꝙ non.Ita tenet Bal.in auth.habita ad fi. C. ne fi.pro pat, & est tex.per arg. à speciali, in l.j.§.idem Pomponius.libr.24 scribit,parui.s̃.nau.cau. stab.quia Doctor tenetur ad legendum, non ad custodiendum librum, Et ad istas q bene facit gl.no.in l.rogasti.in prin.in ver.alij.s̃.si cer.pe.Quid autem si in domo amici mei reposui rem meam,vel aliter eam custodiri mandaui,si sit perdita,an teneatur? Dic,ꝙ non,secundum Cy.& Bal.in l.inuitus C.de procu.& est tex.in l.si ego. in fi.ibi, & si custodia marito competierit,&c.de iur.do.& Io.And.in rubr.deposi.in addi.Spec. qui alle.tex.Insti.quib.mo.re contrahi.obl.§ præterea,& hic in l.j.in prin.s̃.depo.Bal. etiam ponit in d.auth.habita.C.ne fil.pro pat.in fi.&.no.Bal.in l.certi, C.loc.& ibi Cy. & Bal.in l.filiusfa § inuitus. de procu.nisi ratio coniunctionis sanguinis inducat tacitum consensum,d.l.si seruus communis.de do.inter vir.& vxo.Et ita reperio ꝙ transit Ro.in l.quæ dotis.sol.mat.in fin. Sed ego considero,ꝙ in d l.si ego.erat ratio coniunctionis:quia maritus & vxor sunt coniuncti.l.manifestissimi,§.fi. C.de furt. & tamen ibi non præsumitur consensisse.Pro opin. communi facit:quia est speciale in nauta,& caupone.l.j.§.recipit,s̃.nau.cau.In cōtrarium videtur esse ius commune,quod not.

1 *Custos carceris,q dimittit aliquē de mādato Rectoris,nō tenet̃,sed ipse Rector.*
2 *Promittens,vel dans aliquid iudici,vt pro se ferat sententiā,tenetur pœna falsi:secus si promittit de conseruando eum indemnem.*
3 *Rector potest licitè relaxare carceratum,quem facto bannimento, non reperit ad cuius instantiam,& pro qua causa esset carceratus.*

1 §.Si fugitiuum. Hic est etiam bonus,& singularis casus.Aduerte circa†legem istā. Primo no.ꝙ custodes carcerū qui aliquos dimittūt de mandato Rectoris,non tenētur:sed tenetur Rector,cuius mandato dimittit̃:sed si qua actio dari dēat,dabit̃ ꝯ ipsum,qui facit dimitti.vt l.ne quis. j̃.de custo.reo. Vlterius dr̃ hic,ꝙ dat̃ actio in Duumuiros, vt ipsi cedāt actionē.Cōtra,immo actio ꝯpetit ipso iure ex stipl'one istorū officialiū sine cessione,l.j.§.exigere cautionē.s̃.de magist.ꝯue. Sol.dicit gl ꝯcedo de vtili:sed hic loquitur de directa.Doc.dicūt, & bene,ꝙ lex ꝯ̃ria loquitur,quando officialis stipulatur nomine alterius,& ad vtilitatem alterius: secus si stipuletur ad cautelam, & defensionem sui.tūc nulla actio competit,nisi cedat̃,ita loquit̃ hic.¶Sed quæro,q̃ cautio fuit ista, quam Duumuiri receperūt? Glo.dicit,ꝙ ista fuit cautio de rato.potius puto,ꝙ ista fuit cautio de ꝯseruando Duumuiros indēnes, vel de defendendo eos. l. cū idem eandē.s̃.de pet.hær.q̃ gl allegaui in l.is à quo.s̃.de rei vend.
2 & ſm hoc habes hic casum satis pulchrum. Tu habes,†ꝙ qui iudici dederit aliquid,vel promiserit sibi ad hoc, vt habeat sn̄iam, incidit in pœnam falsi,vt ..ad leg,Cor.de fals.l.j.§.j. Sed illud dēt intelligi,qñ ꝓmittit̃ aliquid,per q̄d sibi acquirat̃ ita loq̄t̃ l.j.&ij.s̃.
a de cal.Sed si promittitur tm̄ defensio de conseruando [a]eum indemnem,tunc non incidit in crimen falsi,vt in hac lege.Tertio, vos habetis hic in fi.ꝙ si Duumuiri non receperunt fideiussores, ꝙ ipsi Duumuiri nullo modo teneantur.Contra, qui incaute dimittit seruum alienum detentum in carcere, tenetur ei,cuius interest,arg.in l.mancipia.circa fi.C.de ser.fug.& l.fi.in fi.j̃.de cust. reo.Sol.debes hanc legem intelligere,ꝙ iste seruus, vt fugitiuus detinebatur in carcere,& ignorabatur cuius esset.l.Limenarchæ s̃.de ser.fug.& sic cuidam reposcenti fuit redditus tanquam ꝓ
3 prius,cum alius contradictor vt dominus non apparet.†q̄d not. ꝓ Rectore, q qñ aliquē reperit in carcerib. nec reperit̃ cā quare sit ibi,si factis bannimentis nō reperit̃ aliqs, qui faciat eū detineri,poterit eum licite relaxare,vt hic,& ego iam pluries fieri feci.

ADDITIO.

a Alex.¶De conseruando.Iudex antequàm sententiam ferat,potest petere sibi caueri de indemnitate:intelligas tamen secundum Bald.in l.j.C de condi. ob tur. cau. vt ibi per eū,quod sing.tene menti.Et q̄d à syndico,vide Bar.in l.si à reo.§. fin ff.de fideiuss.& in auth.nouo iure.C.de pœna iud.& Bar.in l.j.in fi.de calumnia per Bal.in l.constitit.de pœ.iud.vbi etiam dicit,si dederis pignus.Adde gl.& Bal.in l.j.C.de magist. conue.vide Pau.de Cast.in l.cū pro quo,ad fi.de in ius voc.& ibi Bal.in lect.antiqua.

§.Si

§.Si quis de manu. Quod hic dicit, alius, intelligas, siue alius sit ab eo suppositus, si ue non. l. in furti. §. ope. s. eo. & ibi dixi.

§.Si quis massam. Quæ erat ratio dubitandi? Dicit gl. ratio est: quia videbatur quod desi isset esse dñs per specificationem. Sed hoc non est verum: quia non specificauit bona fide. Et ista ratio est generalis ad totum §. Præterea in massa, & in proculo, est alia ratio: quia potest reduci ad aliam rudem materiam. l. adeo. §. cum quis. s. de acquir. rerum domin.

§.Neque verbo. Dy. ponit casum per l. si is qui simulabat. j. eo. de hac lege vidistis. s. eo. l. qui seruo. in prin. & in §. plus Pomponius. tene menti.

§.Si quis asinum. Ibi furandi animum, i. non soluendi quod pro tali vsu consueuerat dare.

§.Cum Titio. Hoc est verum, si erratur in persona, secus in qualitate personæ. l. falsus. §. si quis nihil. s. eod.

§.Si maiora. Hanc materiam habes. s. de dolo. in l. arbitrio. §. dolo cuius. s. de dolo.

§.Si linea. In hoc, quod dicit hic de margaritis, quod debet dici numerus, debes intelligere de margaritis grossis, quæ venduntur ad numerum: sed de margaritis minutis debet dici pondus, vel mensura, sicut in vino, frumento, & similibus, quia est eadem ratio.

a §.Si quis iurauerit. [a] Intellige hunc §. secundum ea, quæ dixi s. eo. l. ei, qui.

ADDITIO.

a Alex. ¶Si quis iurauerit. Vide Bal. in l. fi. in 3. opp. in prin. C. eo. & in d. l. ei qui.

1 *Furti in actione non habetur ratio lucri percipiendi, cum alterius iniuria.*

§. Si seruus. Hic est bonus §. op. quod in actione furti non habeatur ratio lucri. l. si is cui. §. j. j. eo. Gl. soluit
1 multum no. † non habetur rõ lucri percipiendi cũ alterius iniuria, vt in contrario: sed hic percipitur sine iniuria alterius. Hoc tenet Dy. s. de dã. infe. l. Proculus, & oẽs. Et sic gl. quæ est in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod inter. quæ dicit, quòd hodie indistinctè habetur ratio lucri, non dicit verum, immo hodie distinguitur, sicut & olim.

1 *Conditio existens non trahitur retro in legatis.*
2 *Pretium rei verum dicitur, quanti vẽdi põt scienti cõditionẽ, & qualitatẽ eius.*

§.Si statuliber. Op. de l. inter oẽs. in prin. s. e. Sol. hic extitit conditio ante aditam hæreditatẽ, & sic non potuit cõmitti furtũ, & hæc est vna lectura. Et secundum hanc lect. hæc lex non haberet dubiũ, ideo dñt alij, quod hic fuit res subrepta post aditam hæreditatẽ ante tñ quã adiretur iudex conditio extitit, vel res perijt, & sic obstat contrariũ. Sed gl. rñdet, quod hic extinguitur actio furti condictione furtiua: sed lex contraria loquitur in actione pœnali. Alij vt Cy. sequendo Vltrã. quod hic loquitur, quando desijt interesse ex cã, quæ retrotrahitur; ibi vero secus. vt arg. pro hac sol. j. l. si vendidero. §. si Titius. ver. quod si pecunia. Ita no. per Cy. C. de fur. l. fi. circa princ. Hoc
1 non placet, † quod in legatis conditio existens trahitur retro, l. si mr. §. eã dẽ. s. de exce. rei iudi. & l. j. §. j. s. ad Silla. iõ tene sol. gl. Item opp. de
2 l. si vendidero. §. cũ aũt. j. e. So. fateor, † quod consideratur verũ pretiũ rei; sed verũ pretium est quanti res vẽdi põt homini, qui sciat cõdõnẽ, & qualitatẽ eius, vt hic, & l. mortis causa capimus. §. fi. s. de do. cau. mor.

LEX LIIII.

a Si quis ex domo. Hæc est singularis lex, [a] nec hẽt cõcordantẽ. Opp. j. vi bo. rap. l. j. & Insti. vi bo. rap. in prin. vbi qui rapit vi, tenetur furti, dicit Placen. Sol. speciale est in ista rapina, quæ cõmittitur sine violentia psonæ, cũ persona non inuenitur. Hoc non placet gl. & iõ dicit, quod hic dr, actionẽ furti tolli, intellige per exactionẽ, quæ est facta per actionẽ vi bon. rap. aliàs secus. Itẽ scias quod Placẽ. per hãc legẽ fundabat vnam suam opinionẽ, quod raptor nõ tenetur furti manifesti, ẽt si ipse deprehẽdatur sed ipse dicit contra casum l. si vendidero. §. cum raptor. j. eod. Vltimo
b scias, quod gl. dicit quod hic est casus specialis [b], in quo rapina est priuatum crimen. Ita habuistis in notab. j. de publicis iudi. l. infamem.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Hæc est singularis lex. Habes hic an robaria posset fieri absenti, ad quam legẽ se ita remittit Bal. in c. j §. si duo. de pace tenen. & vide Bal. in l. si quis in tantam. C. vnde vi & Bal. in d. l. j. vi bo. rap. Et hanc leg. alle. gl. & Bar. in l. infamẽ, in prin. de pub. iud. Vtrum raptor teneatur furti manifesti, maxime si deprehendatur, vide glo. in l. Mar. de ver. sig. quæ dicit quod rapina requirit raptorem, rapinam, & rem raptam

b Alex. ¶Casus specialis. Vide casum specialem, in quo rapina est crimen priuatum, & vide Bar. no. in l. si in furti. s. tit. j.

LEX LV.

Qui iniuriæ causa. Op. de l. in furti. §. ope. s. e. Sol. ibi habuit animum, vt furaretur res
a ab alio certo, vel incerto, vt ibi dixi, aliàs secus [a].

ADDITIO.

a Claud. ¶Aliàs secus. Sequitur Alex. consi. 104. versi. tertio non ob. l. qui iniuriæ vol. j. vbi etiam aliter limitat.

§.Si seruus. Hic §. est aliquãtulum difficilis. Dr hic, quod hæc actio furti euanescit, si desinat actoris interesse. Contra de l. inter oẽs. in prin. s. e. dicit gl. expone, furti actionẽ idest cõdictionẽ furtiuam, Ista expositio nõ põt sustineri. Nã cõdictio furtiua datur solũ dño, nõ cõmodatario, l. j s. de cõd. fur. & l. fin. §. sed cũ in scdam. C. eo. Dicẽdum est ergo put no. in lege cõtraria, quod ibi loquitur, quando agitur actione furti ratione dñij: secus si ratione alterius interesse. l. fullo actione. j. eo. Rõnem aũt diuersitatis cogitetis per vos. hodie aũt istud pcederet sine scrupulo, cũ cõmodatario non detur actio furti, nisi cõueniatur cõmodati, d. l. fi. C. e. Vnde si dñs est paratus actionẽ remittere, nunquam vr nata actio furti cõmodatario. Itẽ opp. quod istę actiones inuicem tolli debeant cõpẽsatione. quatenus concurrunt. l. j & 2. s. de compẽ. Sol. hic licèt ex vtraque pte debeatur quantitas, tñ ex vna pte est datio pro noxa in solutũ: & iõ quodãmodo spẽs vr dẽri, cũ sit in electiõe debitoris, merito cõpẽsatio non pr obijci. Vide gl. in verbo, furti actionem. quę inci. l. cõdictionẽ. ibi, sed quare, &c. Contra hoc vr tex. in l. si seruus cõis. j. j. e. ideo intellige hanc gl. vt ibi dicã. ¶Circa secundum rñsum quærit gl. quæ est rõ, quod ex contrectatione serui cõmodatarij non nascatur actio furti: sed ex cõtrectatione ipsius cõmodatarij oriretur? Gl. non rñdet. sed dic quod põt esse ratio secundum Doc. quia quando commodatarius contrectat, est persona, quæ põt obligari cõmodanti, cui danda est actio. sed quando seruus contrectat, non est persona, quæ põt obligari commodatario dño suo, cui tunc daretur actio. Certę ista ratio procedit secundum hęc iura hodierna, & cum non debeat dari actio commodatario, sed ipsi commodanti, si vult, d, l. fi. C. eo. dicendum esset hodie obligari commodatarium ex persona serui.

LEX LVI.

Si pignore. §. qui ferramenta. De materia huius §. dixi supra eod. l. in furti. §. ope.

LEX LVII.

Cum creditor. Hæc est etiam notanda lex. ¶Contra hanc legem op. C. vi bo. rap. l. 3. Dicũt quidam hic loquitur in dubio, arg. l. merito. s. pro soc. sed ibi loquitur in casu certo: quia constabat, quod habebat animum lucrãdi. Videte, ista sol est vera in se quantum ad actionem furti, quod in dubio non vr auferre aĩo lucrãdi sibi, sed vt incumbat pignori suo:
a sed quantum ad pœnam l. si quis in tãtam. [a] C. vnde vi. vel ad pœnam edicti diui Marci in l. extat, quod met. cau. & l. creditores. j. ad leg. Iul. de vi priua. Ista sol. non est bona: quia non licet sibi ius dicere, etiam vt pignori incumbat: quare dicit gl. quod hic accepit ex conuentione, vel iudicis authoritate. Et hanc sol. tenet Cy. in l. si quis in tantam. in 6. contrario, C. vnde vi.

ADDITIO.

a Alex. ¶Si quis in tantam. Vide ibi gl. Bar. & Doct. qui hoc tenent, & vide omnino Bar. in d. l. iij. in prin. C. de pig. in sua lect.

LEX LVIII.

1 *Fur nocturnus potest propria auctoritate capi, & ad iudicem duci*
2 *Liber homo an possit se dare alteri, vt eũ torqueat ad inueniẽdũ crimẽ, cõtra gl.*
3 *Ciuilis actio quando tollatur per criminalem, remissiuè.*
4 *Iudex maleficiorum potest cognoscere incidenter de causa ciuili descendente ex eodem facto, de quo criminaliter cognoscit.*
5 *Libellus pro damno dato, peto eum puniri & condemnari, & rem mihi restitui, procedit: quia videtur intentata accusatio criminalis, & incidenter imploratum officium iudicis.*

Interdum fur etiam §. Qui furem.

a Iste est no. §. & nõ est alibi. Hẽs hic, [a] † quod licèt capere furẽ, & duce
1 re eũ ad iudicẽ. Cõtra, nemo dẽt sibi dicere ius. l. extat. s. quod met. ca. & l. si quis ĩ tãtã. C. vñ vi. & l. vl. C. de exhi. reis. So. Speciale ẽ hic, quia si non liceret capere, ipse aufugeret. & pro hoc facit s. eo. l. si quis in seruitutẽ. §. fi. & l. capite quinto. j. de adul. & l. ait pętor. §. si debitorẽ, de his quæ ĩ frau. cre. & C. de Iudæ. l. nullus. Ista ẽ vna sol. & vera.
b Alij dñt, [b] quod hic fuit datus dño: vel ipsemet se dedit, si erat liber, vt eũ torquerẽ, & crimen inquirerẽ, nõ quod darem iudici, sed ego dedi, l. cũ seruus. s. de cõd. ob cau. Inquantũ gl. dicit de seruo, verũ di
2 cit per d. l. cũ seruus. sed inquãtũ dicit† de libero hoĩe, vr mirabile, quod, ista gl. tenet, quod liber hõ põt se dare alteri, vt eum torqueat, ad crimen

ADDITIONES.

a Ale. Habes hic. Vide quæ per istum tex dicunt Bar. & Bal. in l. si ab hostib. sol. ma. § j. & scripsi Inst. de actio. § fuerat. Et vtrum iudex inquirens posset damnare inquisitum ad restituendum damnum passo, vide Ang. in l. si vacantia. in vlt q. C. de bon. vacan. lib. x. & vide Bart. in l. si defuncto. in fin. j de pub. iud. & l. pen. s de calumniatorib. & Bald. in l. 2. ad fin. C. de eden. Adde quod not. Bald. in l. quod eu tandi, C. de condictio. ob tur. cau. & in l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi. & quæ ibi dicit. An quilibet possit capere malefactorẽ, dic quod sic, si commisit crimen publicum, pro quo quilibet posset accusare, l. generaliter. & ibi Bar. C. de dec. li. x. Sed pone, latro accusatus confessus est se palam furtum, & plura delicta fecisse, deinde suspenditur, an ista confessio prosit alijs quam accusatori, quo ad bona furto subtracta? Io. And. in add. Spe. in tit. de accu. in 3. parte. §. j. ver. quid si latro, in ver. de ætate. §. j. in ver. sed extat alia quæstio. videtur dicere, quod solum accusatori, si per viam inquisitionis fuit actum. de quo dic. vt per Bal. in l. 2. ad fi. C. de eden. & Ang. in l j. s. tit. j. & Bal. in l. j. C. de iud. in l. pe. & in l. mercalem. C. de condi. ob. turp. cau. per Bar. in l. 1 s. de priua. deli.

b Barb. ¶Alij dicunt. Adde do. Pe. de Anch. in c. fi. de de rap. vbi mulier contrahit eum raptore. alle. no. hic, & Cy. in l. neminem. C. de exhi. re. Cy. ibi remittit se ad Dy. Ins. de act. in prin. Tu salua istam gl. vt intelligatur, quod iudex torqueat. & non priuatus.

crimen inueniẽdũ. Nã vr̃ cõ: qa nemo est dñs membrorũ suorũ, l.
a liber hõ. s. ad le. Aquil. Præterea ptãs torquẽdi a ẽ meri imperij, l.
defensores. C. de defen. ciui. & in auth. de test. §. si vero ignoti quidam. qđ tenet Gul. de Cu. in l. Imperium. s. de iurisd. om. iud. sed ea, quæ sunt meri imperij, nõ possunt pactis priuatorũ cõcedi, l. priuatorũ. C. de iur. om. iu. ergo male dicit gl. Præterea, quis nõ põt se cõmittere priuato, vt sibi faciat iniuriam. l. 1. §. vsq; adeo. j. de iniur. & ibi dicam. vnde in libero hoïe puto, qꝫ ista gl. nõ dicat veritatẽ. Scdo hẽtis notare. † qꝫ p criminalẽ accusationem tollitur ciuilis. Cõtra. C. qñ ciui. act. cri. præiudi. l. j. Glossæ dñt spãle in casu huius §. qñ sic ciuilr, & extraordinario modo duxit ad iudicẽ. Ita
b tenet glo. hic, & vbiq;. Dicã in l. 2. §. 1. j. vi bo. rap. Tertio habetis; b dr̃ hic, qꝫ pecunia subrepta fuit restituta de mandato iudicis, hoc est p̃sidis, vel præfecti vigilum, inq̃tũ loquit̃ de p̃side, est planum: sed inq̃tum dicit de præfecto vigilũ, vr̃ cõ: quia de re ciuili cognoscere non pt. l. 3. §. j. c s. de off. præfe. vigi. Rñdeo in hoc est mirabi
c
4 lis §. iste, † qꝫ iudex maleficiorũ cognoscat de re ciuili, qui de re ciuili cognoscere non pt, l. solemus. § latrunculator. s. de iudic. tñ incidenter poterit cognoscere de qõne ciuili descendente ex eo dẽ facto, de quo crĩaliter cognoscit, iubẽdo rẽ restitui, hic ẽ text.
5 & in l. 3. §. si dicatur. s. si. re. Et p hoc dico † qꝫ qñ format̃ libellus seu accusatio de dãno dato, vel de robaria facta, dicendo, peto eũ puniri, & cõdẽnari, & rẽ mihi restitui, seu damnum emẽdari, qꝫ talis libellus procedit, nec vr̃ intentari ciuilis, & crĩalis, in eodem libello, cõ l. interdũ. j. de publi. iudi. sed videor intentare crĩnalẽ tm̃,
d & incidenter implorare offm̃ iudicis, vt incidẽter faciat d rẽ mihi restitui, seu dãnũ emendari, fm formã huius §. & d. §. si dicatur. Sic intelligo l. medicus. j. de var. & extraor. cog. & l. pe. s. de calum. & l. qđ euitãdi. C. de cõd. ob tur. cau. cum multis sim. Facit ad hoc, qđ not. p Cy. C. ad legẽ Iuliam de vi. l. si qs ad se fundũ. Sed cõ hoc op. de l. defuncto. §. j. de publ. iudic. Rñdeo, cõ ipsum delinquentem cõ quem iudex maleficiorum põt criminaliter cognoscere, cõ eundem potest cognoscere in ciuili incidenter, vt hic: sed contra tertiam personam non, vt lege contraria. quod tene menti.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Potestas torquendi. Bene facit quod no. Bar. in l. alia. §. j. s solu. ma. vbi Bald. & Ang. reprehendunt istam gl. quod not.

b Clau. ¶ Tertio habetis. Adde Bal. in l. j. C. de app. Ias. in l. j. §. fi. s. de offi. eius cui mand. est iurisd.

c Ale. L. 3. §. j. Et per Saly. in l. si quis ad se fundum. C. de leg. Iul. de vi. & ibi no. per Cyn. & Bal. Et circa hoc vide Are. in c. qualiter. & quando. 2. §. fi. de accus.

d Alex. ¶ Vt incidenter faciat. Iudex maleficiorum potest incidenter cognoscere de cã ciuili, facit l. quoties. C. de iud. facit qđ econuerso no. in l. nullum. C. de testi. & ibi Bar. & no. Inno. in c. cum oportet, de accu. & dicit hic Bar. in eo libello. Adde eundem in l. j. C. quando actio ciui. & adde quia Bald. in l. si de possessione. C. vnde vi. tenet contra Bar. dicens qꝫ in criminali non venit incidenter interesse, nisi in casu huius §. Et adde ad materiam Bal. in d. l. si quis ad se fundũ. & in l. cũctos populos. ver. incidenter iuxta hoc quæro, an ex vi statuti, &c. vltra medietatem repetatur. C. de sum. Tri. & fide cat. & per eundem in l. j. C. si a non comp. iud. & in l. 2. §. hoc edicto. j. vi bo. rap. per Barto. & Bal. in l. qui de crie. C. de accu. qui dicunt qꝫ in criminali non põt venire cõdemnatio ad restituendum rem ablatam, nisi, quando de maleficio constat per confessionem, & nõ alias, & qa iudex inquisitionis põt incidẽter cõdẽnare ad restitutionẽ, secũdũ Bal. in l. ea quidem. C. de accu. & de mã. adde tex. in l. pe. C. si aduer. libe. & ibi not. Bar. in l. si liberti. C. de admi. tu. Et adde ad materiam in l. j. s. fi. reg. Et an econtra iudex in causa ciuili possit cognoscere incidenter de causa criminali, dicit Bart. qꝫ sic, in l. hoc iure, §. fi. de aqua quot. & æstiua.

LEX LXI.

Si is qui rẽ. Opp. de l. in actione. §. qui rẽ. s. e. Gl. hic, in ver. liberatus, non soluit. Sol. ibi hẽbat retentionẽ occasione debiti: idem & hic, qñ hẽt retentionẽ ob aliã cãm occasione debiti. ¶ Item opp. s. e. l. cum res pignori. §. j. sed ibi hẽbat causam ab alio, q̃ a fure, fm Dy. puta ibi intererat sua retinere pp actionem de euictione, facit qđ no. j. eo. l. qui iniuriæ. §. fi.

LEX LXIII.

p̃t retinere vltra viginti horas, aliàs diceretur committere priua-
tum carcerem.Idem dico de eo, qui capit debitorem fugiẽtem,l.
ait prætor.§.si debitorem.š.de his q̃ in frau.cred.Ad quod facit qđ
no.Insti.de act.in prin.Quidã sunt.qui non hñt ius capiendi, nec
retinendi, in istis ẽ aduertendũ ob q̃ cãm aliquem capiãt. Si enim
capiunt,vt vulnerent,& occidant incontinẽti, inspicimus solum
illud delictũ,propter quod capiebant,l.illud.š.ad leg. Aquil.sed si
ex interuallo occiderint,tunc de vtroq; tenenẽ, s.de priuato car-
4 cere,& de occiso,l.nunq̃.š.de priuatis delictis. ¶†Quæro,vtrum
tenere aliquem in priuato carcere sit offensa in personam?Dic de
d hoc per Inn.extra de sen.excom.c.nuper,in prima gl. d

ADDITIONES.

a Poma.¶Quod confessio facta.Vide Panor.consi.25.in fi.vol.j.& Ro.in c. olim ex literis.de rescr.& ibi Fel.in ver.j.& Ias.in l,magistratib.š.de iuris.om iud & Arc.in cap.at si clerici.de iud.& Ale.consi.24.vol.2.& ibi dicit,φ tale officium debet probari per duos testes.vide etiam Bal.in l.quoniam.ff.de his qui no.infa.

b Alex.¶Quod non placet.Vtrum confessio extra iudicium sit sufficiens indicium ad torturam,adde quod idem voluit Inn.in c.sicut.de testib.& Bald.in l. ictus fustium.de infam.& Flor.in c.at si clerici.de iud.& do.de Ro.decis.j.de confes.in nouis.& vide Bar.in l.admonendi.de iureiu.& ad materiam vide gl.in c.quam sit graue.de exces. prælat.vbi etiam Inn.& Imo.in c.per inquisitionem.de elec.& in c.qualiter & quando. de accus.& in c.dilecti.de ord.cogn.& in c.2.de confes.& do.Anto.in c. at si clerici.contrarium voluit,dicens talem confessionem idẽ operari in criminali,qđ in ciuili,quia confessio extra iudicium facta secũdũ terminos c.si cautio.de fi.instr.facit plenam fidẽ.qđ tñ ibi reprobat Imo.Item ista faciunt,an confessio facta in curia iudicis,probet delictũ,de qua Bar.in l.fi.j.de prob.Et faciũt quæ scripta sunt in l.senatus.in prin.ad Turp.|& in simili dicit Ang.in repe.l.si vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.videlicet,cautus iudex non accipiat diffamationem rei culpabilis in camera, sed in tribunali.Inn.tamen in c.cum in tua. de spons.& matr.ad fi.dicit, φ iudex ex officio recipit informationes infamiæ. & de notorio nulla partis citatione facta in camera.Facit qđ no. Bald.in c.j §.inter pares.de lege Conrad.in feu.Et de confessione in camera,vide aliquid per Bald.in l.ictus fustium.de inf.Et φ confessio extraiudicialis faciat plenum indicium,tenet Bal.in l.j.de confes.fal lit in delictis,quæ pertinent ad iudicium ecclesiæ,in fauorem animarum, secundũ Bal. in l.j.C.de falsa cau.adiect.Item adde φ gl.hic singulariter dixit,φ licet alias confessioni factę in tormentis nõ dẽat stari,l.j.§.diuus.j̃.de q̃õni.fallit,nisi de eodẽ processerit bina confessio extraiudicialis. Item probat hic gl. q̃a licet alias non ꝓbet vna confessio extraiudicialis: tamen si est geminata,probat.Et facit dictum Bar. in l.cum scimus.C. de agric.& censi.li.11. Sed an confessio facta à subdito extra territorium coram suo iudice,probet:vide qđ hẽs in l.fi.š.de iuris.om.iu.Itẽ adde, φ hanc gl.allegauit Bart.in l. fi. circa iudicia specialia.j̃.de q̃õ.Adde, qñ confessio extraiudicialis iuncta cum argumentis sit sufficiens ad condemnandum Bal.consi.122.lib.1.

* Clau.Non ergo.Istud habet locum quando agitur ciuiliter:secus qñ agitur criminaliter, vide Mathesil.notabil.117.

c Alex.¶Detineant.Adde quod no.per gl.in c cum nõ ab homine,de iud.Et qñ aliq̃s aliũ capere possit vide plene Bar.in l.cũ eo,j̃.ad leg.Iul.pec. Et an quis possit tenere bannitum,qui potest impune offendi in priuato carcere,Bal. φ sic, in l.j.de priua carcerib.Et ad id quod dicit Bar.hic,de capiente debitorẽ fugitiuũ,adde Bald. in auth.immo.C.de act.& obl.Et scias,φ si aliq̃s posuerit in carcere priuato aliquẽ,φ põt carceratus aufugere si vult,nec tenetur de fracto carcere.dictum fuit Ro.in d.l.admonendi, de iureiu.

d Alex.¶In j.gl.Vide Ro.in l.licitatio.§.quod illicite.š.de publ.

LEX XXVII.

1 *Victus victori condemnatur in expensis,etiam in criminalibus.*
2 *Causa cum committitur consulenda,cuius expensis committatur.*

Si postulauerit. Opp.hic innuit, φ seruus est accusatus
de adulterio, dum dicit,seruo adulterij
accusato,& j̃.innuit aliũ esse accusatũ:cum dicit,tantam pecuniã
adulterum,&c.sed duo accusari simul de adulterio nõ possunt.l.
reos.C.eo.& l.si maritus.in fi.š.eo.ergo male.Huius timore legit̃
hæc lex duobus modis.Vno modo,& hæc lec.ponitur in fin.gl.φ
accusatur mulier de adulterio,& seruus accusatur de auxilio, seu
de consilio qđ p̃t,vt j̃.eo.l.nihil.in fi. Alia lec.est, φ hic solũ extra-
neus accusabat̃, & non seruus.& φ hic in lra dr̃,in seruo adulterij
accusato,legunt sic,vt punctuetur post dictionem,seruo. & φ dr̃,
adulterij accusatio, dic, s. aliquo alio. Alij habent literam vt hic,
sit adulteram,quæ litera nullo mõ congruit: iõ gl. non ꝓsequitur
eam.Retẽta ergo hac,φ seruus non fuit accusatus,tũc opp.φ ille,
qui in testem eum ꝓduxit,solũ debeat soluere ꝯdẽnationẽ,l.quo
niam.C.de testib.quidam fatentur ꝯrium, s φ tantum debeat sol-
uere accusator,si succubuit; quantum accusatus, scilicet qñ ipse
succubuit,& ille qui succubuit,debet soluere.pro hoc facit j̃. ea.
1 l.§.penul.Ista lect.est vera,† habito respectu ad fin.scilicet tempo-
re diffinitiuæ sententiæ, in qua victus victori in expensis condem
natur,ẽt in cã criminali,sm opi.veram.prout est casus in l.fi.,C.de
fruct.& lit.expen.& facit l.qui crimen. C.qui accusa. non poss.de
qua opin.dicam in materia, j̃. ad Turpil. l.j.§.j.sed principium le-
gis nostræ loquitur, qñ quis debeat soluere illo tunc, cum peti-
tur torqueri.Quare alij dicunt, φ quilibet soluit totam condem-
nationem,scilicet accusator totum pretium serui,& accusatus to
tum pretium serui,quod est contra casum: j̃.ea.l.in fi.Alij dicunt
φ vterq; soluit dimidiam,& hãc lec.tenet gl.j̃.ea l.§.pe.in fi. & C.
e.l.verba.Ad d.l.quoniam non respondent.tu vero rñde sic, aliud
est in productione testis,aliud cũ seruus petit̃ torq̃ri.Rõ: quia in
productiõe testis ille solum p̃stat cãm,q produc it: sed qñ quis pe
tit aliquẽ torqueri,præbet causam vterq;,tam producẽs,quam ẽt
accusatus: ꝯ quem oportet φ appareant aliqua indicia, antequã
perueniatur ad torturam,l.j.in prin.& per multas leges, j̃.de quæs.
hoc facit optime l.4.§.j.š.fin.regun.vbi expensæ mensuratori de-
2 bent solui de cõi. Et iõ qñ † committitur quæstio consulenda sa
a pienti cuius expensis debeat committi, tunc distingue. a Aut iu-
dex sentiebat pro vna parte,& alia pars petit consilium sapientis,
tunc debet committi expensis illius,qui petit cõsilium,qm ille so
lus p̃bet cãm huic commissioni.Si vero iudex visis allegationib.
vtriusq; partis super quæstione dubitat,tunc si q̃õnem ꝯmittit cõ
sulendam sapienti, debet fieri expensis cõib. qm vtraq; pars præ-
bet cãm ꝯmissioni.Et idem dicas in similibus actibus,qui fiunt in
iudicio,per ea quæ dixi š.& facit l.generaliter.§.his de præsentib.
C.de iureiur.Tene menti.

ADDITIO.

a Alex.¶Tunc distingue.Adde l.eos.& quod ibi habetur.C.de app.in l.fi. C.de priu.agen. in re.lib 12.& quod no.gl.in l.eos.§.pe.de vsur.& in hac q̃õ.Adde Io.And.in tit.de assessore.§.salarium.l.4.C.de sta.& imagi.& no.in c.statutum.§.assessorem. de rescri.in 6.& no.Bald in l.hac lege. C.de sen.ex bre.recit.& in l.2.C.de eden.& in l.generaliter.§. his de præsentibus,ver.deinde not.C.de reb. credi.& ideo dicit Bal.in d.l.eos.§. apostolos. de app.φ apostoli debent dari expensis petentis.& cum Bar.hic.tenet Bald.in l.3.C.eod. & inquantum dicit,& visis allegatis,vide Bar.hic,in l.ille aut ille.de leg.3.Et ad materiã circa expensas fiendas,vide l.prætor.§.j.š.e.tit.& Bar.in l. 3.§. defendi.š.ex quib.caus.in pos.ea.vbi habes post eum.

§.Sed dispiciamus. Dr̃ hic, φ bonæ fidei possessorĩ
& creditori dat̃ hæc actio: Con
tra in l.j.š.ad Silla.& de ædi.edic.l.sciendum.§.deinde.Gl.non sol-
uit;sed dic,ibi lex loquitur de dño:hic de eo,ad quem ea res perti
net.quæ verba sunt latiora.Item opp.de l.non solum.§.quæritur.
š.de procu.Rñ.ibi actio quæritur per hominem: hic vero dat̃ per
legem.Item op.& vr̃,φ ista pœna debeat diuidi inter dominum,
& bonæ fidei possessorẽ,l.furtiuã:š.de furtis.Gl.quæ est hic cõce-
dit ꝯrĩu.Sed istud est ꝯ istũ tex.in quo totũ tribuit̃ bonæ fidei pos-
sessori.dđm ẽ ergo,φ ibi loquit̃ in eo,φ ẽ mera pęna,vñ vnicuiq;
duplicatur, ꝓut sua interest: hic vero loquitur in pretio vero rei,
qđ solum bonæ fidei emptori datur,vt hic.qđ intelligo,qñ nõ ap-
paret dominus:quia tunc iste præferetur, l. bona fides. š. deposit.
Istud autem quod hic dicitur,φ soluitur creditori, intelligas cre-
ditori eius.l.inter omnes.in fi.š.de furtis.
1 *Actio in factum,an ex sententia interlocutoria oriatur.quòd sic.*

§.Si liber homo. Quæro,ad quid detur ista actio vti-
lis:Respõ.ad æstimationem opera-
rum amissarũ,& amittendarũ,qñ liberũ corpus non recipit æsti-
mationem,l.ex hac.š.si qua.pau.feci.di.& l.qua actione.§.j.š.ad l.
Aquil.Itẽ hic dr̃, datur actio vtilis:quæro, quæ sit ista actio vtilis?
Quidam dñt,φ ꝯdictio ex lege,vt j̃.l.prox.sed ꝯdictio ex lege hẽt
locũ,qñ in lege nõ ẽ exp̃ssum de alia.l.j.de ꝯdi.ex lege:sed in lege
est exp̃ssum,φ ex snĩa iudicis dat̃ actio in factum seu iudicati, l.4.
per totã legẽ.š.de re iudi.quidã dicunt, φ hæc ꝯcurrit cũ illa. Alij
dñt,φ sunt casus diuersi,& hoc placet:si eĩn iudex præcepisset pe-
cuniam dari,haberet locum actio in factũ:sed hic loq̃t̃,qñ iudex
non p̃cepit:vel si æstimauit istũ liberũ tanq̃ seruum,& sic snĩa iudi
1 cis non præcessit.Et hoc no.† φ ex snĩa interlocutoria iudicis ori
tur actio in factum,vt plene dixi in l.à diuo Pio.§.j.š. de re iudi.

§.Haberi quæstionem. Huc usq; habuistis, qñ
petitur torqueri seruus
extranei: hic quando petitur torqueri seruus proprius accusati,
& etiã quando petitur torqueri seruus extranei.Op.š.qui & à qui
bus.l.prospexit.Dicunt quidã, φ hic dicit de seruis extraneorũ
haberi q̃õnem qđ est verum si & ipsi sunt traditi ad vsum mulie-
rũ.Alij dicunt,& melius,φ illud qđ in d.l.ꝓspexit.deficit de seruis
extraneorum, suppleatur hic; vel d. l. prospexit loquitur quan-
tum

tum ad impediendam libertatem, vt non possit manumitti, qđ in seruis extraneorum nō hēt locum, sed solum in propriis, & hoc puto verum. Gl. summat hanc mām, C.eo.l.non solum verba.

1 *Aduocati an debeāt eē præsentes examinationi testiū & responsioni positionū.*

a §.Quæstioni. Quær aduocat⁹ debeat īteresse qōni, dixi in l.custodias, s̄.de pub.iud. qa dēt intellī, hoc ē examinationi, an dēat torqueri. Et eo.mō φ hic dr̄, φ prōni possint īterrogar̄, itell'o, i.interrogatoria facer̄, fm q̄ examinat̄ iste, q erit testis ,pductus: De istis īterrogatoriis hēmus ex de test. c.2.li.6.& in Spe.in ti.de teste.ad hoc φ aduocati, & ptes debeant

1 īteresse examinationi testiū, †facit iste tex. sed ɔsuetudo seruat φ iuro sint p̄sētes ptes ñ aūt examinationi, qa illa dēt fieri in secre-

b to, l.si qñ.C.de testi.& ibi no.& ita obseruat̄. Itē allegat̄ b ista lex,

c an qñ rñdet̄ positionib. per ptē, debeat esse aduocatus præsens c sed in quibusdam terris hoc obseruatur, in quibusdam non, vnde serua consuetudinem. Sed mihi placet, φ aduocatus debet esse p̄sens, serua tamen cōsuetudinē.

ADDITIONES.

a Ale.¶Aduocatus. An & qñ examinationi testium debet aduocatus esse præsens, vide Bar. in l.j.C.de sac.san.eccl.& scripsi in l.custodias.de publ.iud.

b Barb.¶Item allegatur. Adde Host.& alios in c.pastoralis.de iud.

c Ale.¶Aduocatus præsens. An aduocatus dēat esse p̄sens qōni, qñ pars rñdet positionib. Adde, φ aduocatus nō dēt partē instruere, vt no.gl. & Bar. in l.2. de iur.cal. Et adde no.fm Host. in c.dilecti.de iudi. φ iudex poterit interdum ɔmittere aduocatū rñdere positionib si videt reū, nimis simplicē, q posset decipi in rñsione, facit c.pastoralis.eo.tit.quod seq̄tur Imo.& Doc.in d.c.dilecti.& vr̄ velle Inno.& Doct.in d.c.pastoralis.& refert ēt Bal.in l.2.C.de iu.cal.in prin.& vide Abb.in c.pastoralis.in fi.de appell.vide Doc.in c.2.de confess.in 6.& vide Bal.tenentem, φ non debeat esse præsens in l.proxime.s̄.de his quæ in testa.delen.& in l.non solum.s̄.de procu.quod limita nisi pars sit persona rustica, siue idiota.ita dicit Hostiē.in c.dilecti, de iud. Ita tenēt communiter Cano.in c.pastoralis, e.tit.de iu.& vide Bar.in l.custodias.s̄.de publ.iu.& Bar.in l.,px.in l.non solum s̄.alle.

§.De eo quoque. Vr̄ in isto §.φ seruus alicuius dicatur esse, in quo hēt vsumfructum vel ei bona fide seruit. Cōtra in l.j.§.qui seruū.s̄.ad Syll. & ca.l. §.serui appellatione.& § sed in eo. Ad vtrunq; rñdeo, ibi tractatur de pena inferēda seruo, & iō sigñatio dñi restringit̄: hic vero loqt̄ de veritate indagāda, & ideo significatio dñi extenditur.

1 *Filiofamilias delinquenti publicatur proprietas quàm habet.*

2 *Bona patris si publicantur, publicatur perceptio vsusfructus, quam habet in bonis filij.*

§.Iubet. Quæro, dr̄ hic φ publicabit̄. Quærit gl. in verb. publicos. an fisc⁹ dabit ptium serui publicati? Dicit φ

1 sic: dic vt in gl. Vlterius iste §.facit ad q.de filiof.†delinquente, v-

2 trum publicetur proprietas eius, quā hēt: & facit φ sic. †item si publicantur bona patris, vtrum publicetur vsusfruct⁹ perceptio quam hēt pr̄ in bonis filij. Ego hanc q. latius examinaui in l.si fini

a ta.§.si de vectigalib.a s̄.de dam.infect.

ADDITIO.

a Ale.¶§.si d vectigalib. Sđ ibi nō ponit hāc vlt.q. Et istud vltimū limita, nisi pr̄ patiatur capitis diminutionē, per q̄ vsusfructus amittatur. Ita vult Bal. limitādo pdicta in l.corruptionē.C.de vsufr.in vna additione.& vide Bar. in l.3.§.sed vtrum.s̄.de minorib φ deportatis, vel publicatis bonis alicuius, ego ñ priuer vsufructu vide tex.s̄.de pig.l.si superatus.per Bal.in c.1.de controuer.inuesti. Nō obst.l.lex vectigali.de pig.vide tñ ibi. Ale. vbi latè ponit.

1 *Dicto testis cum tortura creditur, non ei quod dixit sine tortura.*

2 *Testis potest corrigere dictū suū incōtinēti, & anteq̄ cum partib. loquatur.*

Assessores boni, quando testis in dictis variat faciunt quod vnum tantum dcm̄ repetatur.

1 §.Sed & si negauerint. †No.φ licèt testis anteq̄ torqueat̄, dicat vnum, & postq̄ torquet̄, dicat aliud, ē ei credēdum, qđ tene mēti. Scđò no.

a

2 ex hoc tex.vbi vr̄ casus expssus, φ testis possit corrigere † dcm̄

a suum. vt si primo dixerit mēdacium, postea possit dicere veritatē Gl.tñ in Auth.de test.§.qa vero, vr̄ dicere, φ posset corriger̄ dcm̄ suum incōtinēti: sđ si iret, & loqret̄ cum ptib. ñ posset postea corrigere dcm̄ suum. ita no.ibi, & ita cōiter obseruat̄. Sđ illa gl. loqt̄ in correctione dicti. quā facit testis sponte. Sed si metu tormētorum vellet corrigere dcm̄ suum, puto ei stādum sp ante publicationem p hunc tex. tñ boni assessores faciunt φ nō repetitur nisi vnum dictum, s.illud quod dicunt post tormenta.

ADDITIO.

a Ale.¶Corrigere dcm̄. Et qñ, & qūo possit corrigere dcm̄ suū, vide Bar.& qđ ibi habes in l.eos.j̄.de fal.& no.φ si testis vnū dixit sine tormentis, & aliud in tormentis, statur vltimo dicto, vt hic vult Bar. quē seq̄tur Bal.in l.3.C.eo.ti.& bar.in d.l.eos. Et qđ si in tormētis non pseuerauerit vide bal.in l.fi.de q.

1 *Victus victori an debeat condemnari in expensis in criminalib.*

§.Si reus. Opp.φ fiscus soluat ptiū, & sic æstimati ñ dēt, vt no.in §.iubet.s̄.ea.l. Rñ. fiscus soluit ptium serui, qđ ē post torturā, & iō fit æstimatio, vt sciat̄ qtū valebat plus an-

2 te torturā. Vlt.no.hic quasi casum φ in crīalib.† Victus victori debeat ɔdemnari ad expēsas, & ad alia damna. sicut in ciuilib.l.nō ignorat.C.de fruct.& lit.expen.& facit quod dixi s̄.ca.l. in princ. & vr̄ tex.fm vnam lect.in l.fi.C.de fruct.& lit.expen.facit l.qui crimen.C.qui accu.non poss.

LEX XXVIII.

1 *Condictio ex lege habet locum in istis legib.antiquis.*

1 Quod ex his. No.φ ti.de cōdictione ex lege, hēt locum †in legib.antiqs, & tñ l.j.C.de qd ex le. dr̄ φ si ex noua lege causatur obl'o, hēt locum ɔdictio ex l.& sic istæ leges ffōrum dñr nouæ leges. Dic.vt ibi.

LEX XXIX.

Mariti. Hæc lex corrigit̄ hodie p auth.vt lice.matri, & aui. §.quia vero plurimas.vers.si de adulterio. positam. C.eo.tit.auth.sed nouo iure.

1 *Receptans aliquem semel si ille aliquid peraidit, talis receptans non tenetur ex titulo nautæ, caupon.stabul.*

2 *Nomina verbalia significatiua alicuius officij, quod quis sua authoritate assumit, non verificantur in vno actu.*

3 *Nomina verbalia significantia delictum, verificantur in vno actu.*

1 §.Qui quæstum. †Iste §.facit ad quæstionem. Aliqs est hospitatus aliquē semel: tunc ille talis semel receptus aliquid perdidit quæritur an ille talis hospitator teneatur ex illo tit.nau.caup.stab. Gui.de Suza. tenet φ sic,

2 per hunc tex. Ego †ɔsueui dicere ɔrium: qa ista nomina verbalia, quæ sunt significatiua alicuius officij, quod qs assumit sua authoritate, vt mercator, & hospitator, & similia, non verificantur ex actu vno: sed requirunt assiduitatem, l.j.§.j.de tributoria: & iō nō tenetur illa actione directa sed vtili sic, vt ibi dicit̄. Dixi plenè in

3 l.legatis seruis.in prin.de leg.3.& ibi videatis. Sed† in istis nominibus, quæ sunt significatiua delicti, vt effractor, raptor, expilator & similia, vno actu verificantur, vt hic. Plenè dixi in prælleg.l.legatis seruis in prin.

1 *Si stetit in adulterio per triennium, à quo tempore incipiet tempus.*

§.Sex mensium. Iste §.legitur duob.mod.in gl. Pone casum. Aliqua cōmisit adulterium, pp qđ fuit dimissa à viro suo: q̄ritur, sex mēses a quo tempore incipiunt curreī? Rñ. si qdē ista repudiata durauerit vidua, incipiūt currere à die cōmissi criminis: si vero nupsit scđo. à die diuortij. Hæc lec.ponit̄ circa prin.gl.in verb.cōmiss.criminis.quæ incipit, de adulterio.vide eā ibi, sed in adultera hic incipit ponere casum. & ibi dum dicit, j̄.,px.§.dic hæc eadē lect.ponit̄ j̄. ea.gl.ver.vel verius. Secundo modo legitur ista lex in d gl.vt ponat casum sic, q̄ro, à quo tpe incipit currere tps sex mēsium: Rñ. iurisćōsultus, φ si qdē fuit vidua illa, quæ ɔmisit crimen, à tempore criminis ɔmissi: si fuerit nupta a tpe diuortij. hęc lect.ponit̄ in d.gl.ibi.vel forte loquitur de stupro in vidua.&c. hæc lec.nō placet glo.& benè. Et rō est quia in accusatione filiæ viduæ non sunt statuta tēpora sex mensium, in quibus vir accuset intra lx.dies iur̄ mariti, & intra a-

1 lios quatuor mēses iure extranei, l.nec ea.§.j.s̄.e. ¶†Quærit d.gl.

a a in fin. quid si aliquis stetit in adulterio continuo per triennium à quo tēpore incipiemus tempus? Dicunt quidam à principio, vt l.ei, qui.s̄.de fur. Alij dicunt, φ ab vltimo, & sic videtur dicere gl. φ de quolibet adulterio possit accusari. No.benè hanc glo. quæ gl.vr̄ contra id, quod no.in l.vulg.s̄.de furt.

ADDITIO.

a Barb.¶Quærit d.gl. Vide quæ remisi ad l.quicunque.C.de ser.fug.& Bal.

§.Hoc quinquennium. Not. φ tps statutum in fine legis, vr̄ φ porrigatur ad omnia capita legis. De hoc tangam s̄.vi bono rap.l.prætor.§.si quis aduentu.

1 *Præscriptio statuta accusationi criminali, interrumpitur per solam libelli oblationem: secus in ciuili.*

2 *Interruptio, quæ fit per dationem libelli, non prodest nisi interrumpenti.*

a §.Quinquennium. a Not.ex lege ista, φ præscriptio

1 † statuta accusationi criminali

b interrumpit̄ p solā ,ppositionē libelli, b & sic ppetuatur. Ad quod facit j̄.,px.ver.ibi postulationis dies prima, & s̄.eo.l.miles.§.sexaginta. quod secus est in ciuilib. vbi requiritur citatio, vel litis con

2 testatio, quod est notandum. Itē ex ver.seq.no † φ ciuilis interruptio, q̄ fit p dationē libelli, nō ,pdest nisi interrumpenti. plenè no. in l.sicut.C.de præsc.30.anno. Contra hunc §.opp. φ tēpus accusationis alterius prosit alteri accusanti, vt j̄.eo.l.quinquennium. Sol.vt ibi dicam.&c.

ADDITIONES.

a Pom.¶Quinquennium. Quod est spāle, vt delicta non remaneant impunita ita vulneratus ad l.Aquil. Vide Bar.in l.naturaliter.s̄.de vsuc.& ibi Doc. Vide Bal.in l.j.ver.no, in l.j.C.quando libel.prin.dat.&c.gl.fi.in l.2.§.fi. s̄.si qs in ius voc.non ierit.& aliam gl.15.q.4.c.placita secularia.

b Ale.¶Propositionem libelli. Per solam dationem libelli interrumpitur præscriptio in criminalib. Bal.contra distinguendo in l.j.C.quando lib.prin.dat.&c. De hoc per Roma.in l.j in princip.de arbi.per Bartol.in l.naturaliter ad fin.de vsucap.

1 *Dictio autem, aduersatur his, quæ sunt eiusdem generis.*

§. Eum autẽ. Quæro, an post qnquẽniũ dẽt accusari lege Iulia đ adul. vl̃ dẽt accusari l. Iul. đ vi publica, vl̃ priuata? Rñ. qdã dñt l. Iul. de vi. sđ gl. đt lege Iul. de adul. & hoc ĩnuit ista aduersatiua aũt, &c. đt. n. eũ aũt, qđ no. Ex hac glo.
1 no. †sigñatio hui⁹ ꝯiũctionis: aũt, ẽ aduersari. vt l. hoc ampli⁹. §. đ his aũt. s. đ dã. infe. & eius nã ẽ aduersari his, q̃ sũt eiusdẽ generis vt hac gl. & iõ si dicerẽ sic: scholaris, legũt Petr⁹ aũt currit ĩtelligetur. Petrus. s. scholaris, vt aduersetur his, q̃ sunt eiusdem generis.

LEX XXX.

Pater. Op. de l. fin. s̃. de pub. iud. Sol. intellige hic de euidenti calumnia, vt plenè dixi in l. is cuius ope. §. fi. s̃. e.

1 *Idem est dicere, ex die diuortij, quòd à diuortio.*

§. Sexaginta. Dr̃ hic lx. dies à diuortio, sed s̃. l. ꝓx. §. sex
1 mẽsiũ dr̃, ex die diuortij. †& sic ẽ idẽ dicere ex die diuortij, & à diuortio. Et sic vr̃, ꝙ in vtroque continetur
a tempus de momento ad momentum, al. j. §. biduum. & §. seq. j̃. qñ app. sit. quod tene mẽti pro statutis.

ADDITIO.

a Ale. ¶Ad momentum. Vide Mod. in d. §. biduum. iuncto eo, quod dr̃ in §. dies. Sed qñ dicitur ex die, ꝙ non comprehendatur de momento ad momentum, tenet Bal. in l. fi. de iure do. impe. vide Bar. in l. ex hoc iur. in prin. de iust. & iu.

LEX XXXI.

Quinquennium. Not. ꝙ istud qnquẽniũ ẽ ꝯtinuum quoad ꝓcessum, sed est vtile quo ad initium. ¶Op. s̃. de l. mariti. versic. hæc amplius. vbi tps accusationis alterius, nõ ꝯnumerat̃. Br̃. ibi loquitur qñ secundus accusator nõ detulit accusationi primi, imo ab accusando eum remoueri fecit: hic vero loquitur qñ accusationi primi detulit, ipse tñ postea nõ est ꝓsecutus, vel est ꝑuaricatus.

LEX XXXII.

1 *An producens falsos testes, & ipsi testes possint eodem libello accusari, quod sic.*

a Nihil. aIbi. nõ tñ &c. Dy. ꝯsuluit vnã qõnem, † an ꝓducẽs falsos testes, & ẽt ipsi testes possint eodẽ libello accusari. Et determinauit, ꝙ sic, per l. j. C. si reus, vel accu. mor. fuer. & ibi p Cy. de qua quæstione vr̃ hic casus. facit j̃. de fal. l. Athales. Ad hoc facit gl. l. si post. in prin. s̃. eo. in fi. magnæ gl.

ADDITIO.

a Ale. ¶Nihil. Vide Bar. in l. hos accusare. § lege Iulia. s̃. de accu. & per istũ tex. dicit Bal. in l. iuris. ad fi. quib. res iud. nõ noc. ꝙ sententia lata contra occisores non præiudicat mandatorib. Et no. ex hoc tex. ꝙ plures possunt accusari eodem libello, & vide Bar. in d. l. hos accusare. §. j. s̃. de accu.

LEX XXXIII.

1 *Testes sicut ante litem contest. non debent recipi, ita nec debet aliquis torqueri.*

a Si quis adulteriũ. aNo. dicit hic Iac. de Are. ꝙ sicut ante litis ꝯtestõnẽ ñ dẽnt recipi testes
1 ita nec dẽt aliqs torqueri † ante litis ꝯtestõnẽ in ꝑiudiciũ alicui⁹ accusandi. Quæro, quid vult dicere tex: in ꝑiudiciũ eius? Gl. đt vno modo, & benè. Item exponit secundo modo, & malè, l. seruos §. fi. s̃. de accusat.

ADDITIO.

a Ale. ¶Si quis adult. Et facit q no. Bar. in l. fi. j̃. de quæstionib. an qs possit torqueri ante publicatas attestationes, vide Bal. in l. milites. de quæst. Ex oppo. hanc legem allegat Bar. in l. maritus. in vers. vlt. j̃. de quæst.

1 *Ciuitas si fuit damnata ad destructionem muri, an perpetuo murus debeat esse destructus.*

§. Si quis adulteriũ. Hic dr̃, ꝙ diuortium fcm̃ dẽt durare ꝑpetuo, Cõtra j̃. de pœ. l. sine ꝑfinito. Sol. ibi tps pp imperitiã fuit omissum, vt ibi dicã. Facit
1 †ad qõnẽ, aCiuitas vel castrum fuit ꝯdẽnatum, ꝙ destruerẽt̃ muri & fuerunt destructi, an possint reponi? Dy. dicit, ꝙ fuit determinatũ, ꝙ ñ, qa qđ hic dr̃, dẽt intellˀi, ꝙ sint destructi ꝑpetuo. Facit l. seruus, C. de pen. vbi dãnatus seruus in vinculis stare, intellˀr perpetuo. & ibi Cy. hoc ponit. Cõtra hoc vr̃ in ca. ex literis, extra de ꝯstõnib. Sol. si pœna imponit̃ ob ꝯtumaciã, tunc cessante ꝯtumacia
b cessat & pœna, bd. c. ex literis. & ibi Inn. hoc tenet. Sed si ob aliã causãm pœna imponitur, tunc loquitur p̃cedens determinatio.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Facit ad q. Ciuitas fuit damnata ad destructionẽ murorũ, an postea poterit reficere. Facit quod no. in l. opus. C. de ope. pub. & Bar. & Ale. in l. pmisceri. j̃. de acq. pos. & vide Bar. in l. seruus. C. de pẽn. Et vide de ista q. per Ang. in l. in numerationib. s̃. de sol. per Imo. in l. si fideiussor. in §. meminisse. de leg. 1. Et tangit Pet. de Anch. in c. 1. de vsur. in 6. facit tex. & ibi Bar. in l. sicut. §. superuacuã. qb. mod. pig. vel hypo. sol. Et adde, ꝙ per c. ex literis. quod hic allegat Bar. dicebat Bal. in l. 2. C. de post. ꝙ bannũ, quod fertur ex cõtumacia, banni. to cõparente in legitimo termino reducit̃ ad simplicem citationẽ. quod intellige, vt per eũ in l. ita demũ. C. de procu. & no. in l. absente. de pẽn. Pom. ¶Vide aliqua in simili adducta per Ale. & Doc. in l. si fideiussor. §. 1 de le. 1. & vide Fel. in d. c. ex literis. in ver. secunda declaratio. & ibi Barb. & Ale. cõ. 30. incip. ex allegatis. vers. non obst. bannum. vol. 2.
b Ale. ¶Cessat & pœna. Cessante contumacia, cessare debet pœna. l. j. §. pater. j̃. de coll. bo. & no. Bal. & Doc. in l. publ a. §. 1 depo. c. ex literis. de cõst. Et qñ pœna imponitur, an p̃sumatur imposita ob crimen, an p p contumacia? do. Ant. & Io. de Ligna. in d. c. ex literis. dicit ꝙ ob crimen p̃sumitur imposita. al- leg. Inn. in c. cum bonæ. de æta. & qual. sed Imo. dicit. ꝙ Inn. hoc non dicit, ꝙ hoc dictum non est verum. per l. si præses. & l. si de interpretatione. in rõne sui j. de pœn. & hoc dicit satis voluisse Goff. & Io. And. post eum in d. c. ex literis. Pro cuius intellectu vide Bal. in l. acceptam. in 9. q. C. de vsur.

LEX XXXV.

1 *An per porrectionem libelli malè concepti, interrumpatur præscriptio.*

Accusaturus. Hæc est bona lex. & h. d. Per porrectionẽ libelli malè ꝯcepti nõ interrumpit̃ p̃scriptio adulterij. ¶Op. s̃. de arb. l. qa arbiter. & l. si is, cui. s̃. de lega. 3. Gl. nõ soluit. sed rñdeo, ibi totum ius suum ꝯsumpserat ille, q volebat mutare, & variare: hic verò secus. ¶Vlterius dr̃ hic, si tepo-
a ra largiant̃, qro, de quib. tpib. loquitur? Gl. dat tres rñsiones. Primò, ꝙ loqt̃ de tpe statuto à iudice, l. Titia. s. de accu. & hæc est satis bona. Alia ꝙ loquat̃ de tpe 30. dierũ, de quo loquitur l. libellorum in fi. s̃. de accu. Sed ista est falsa, & reprobatur in d. l. libellorum. in fin. Tertia solutio est ꝙ hic loquitur de tpe quinquennij de quo loquit̃ l. quinquẽniũ. s̃. eo. & ista est bona. Sed ꝯ opp. per porrectionẽ libelli fuit accusatio ꝑpetuata. l. mariti. §. quinquẽniũ
1 s̃. eo. Sol. ibi libellus erat benè ꝯceptus, hic malè. ¶†Sed ꝯ hoc op p o. ego video, ꝙ p̃scriptio interrũpitur p solã citationẽ, l. cũ notis-
b simi. C. de p̃sc. 30. ann. b ergo multo magis per dationẽ libelli, licet
c malè ꝯcepti. cCirca hũc passum hẽtis gl. in auth. offeratur. dC. de
d lit. ꝯt. & ibi se nõ benè firmat, & ponit varias opi. iõ dico sic. Quedã est p̃scri. q̃ p dationẽ libelli interrũpit̃, & in illa inspicit̃, vtrum
e libellus sit ebenè ꝯceptus vel non. Casus est hic, ꝯiuncta l. mariti.
f §. quinquennium. s̃. eod. Quædã est p̃scriptio, q̃ p solã citationẽ f
g interrũpitur, vt p̃scriptio 30. ann. & in illa inspicit̃, an citatio g sit benè facta nõ curo vtrum libellus sit benè ꝯceptus, vel nõ, l. cum notissimi. C. de p̃scrip. 30. ann. Et ita loqtur opi. illorũ in d. Auth. offeratur. Quædã est p̃scriptio, q̃ per solã litis contestationem interrumpitur, l. 2. in fi. s̃. ꝓ emp. & in ista inspicimus, an lis sit benè ꝯtestata, vt in d. authen. offeratur. secundum aliam opin. & l. si pater. C. ne de sta. defun.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Quæro, de quib. & vide ꝙ no. Bar. in l. edita. C. de eden. & Bal. in l. accusatione. C. qui acc. non poss. Adde ꝙ Ale. in l. quicquid astringendæ. de verbo. obl. alle. hunc tex. ꝙ appellans rectè appellat, si dicit habeas pro expressis cãs grauaminis vsque cras, quia dabo tibi in scriptis, si tamen illa dies sequens sit intra tempora appellandi. & ita dicit hoc vltimum tenere Bal. in l. 2. C. de epis. aud. & Ang. & immo in d. l. quicquid astringendæ, idem velle.
b Ale. ¶Xxx. ann. Adde Bal. in l. si mater. C. ne de sta. defun. & in l. cum notissimi. C. de præscr. xxx. ann.
c Ale. ¶Malè cõcepti. Vtrum per libellũ malè conceptũ interrumpatur p̃scriptio. adde Ale. l. iuste. ff. de acq. poss. ad fin. Et quid in minus solẽni citatione, adde Bal. in l. & post edictum, de iud. & no. q̃ dixi in l. cum notissimi. C. de p̃s. 30. ann. & dicit bal. ꝙ nõ reqrit̃ perẽpto riũ edictum ad interrumpendum, sđ sufficit vnica citatio, & cũ bar. hic, trãsit Bal. in l. edita. C. de eden. Adde an per citationẽ minus solennẽ interrũpatur p̃scriptio, bal. cõs. 147. 1. lib.
d Ale. Auth. offerat̃. Et ibi bal. q aliter loqtur & vide Bal. in l. j. C. ex deli. defun.
e Pom. ¶Libellus sit. Vide Fel. in c. causam quæ. de testib. in vers. fallit primò. & in d. c. illud. in ver. 2. declaratio. de præscr. & Are. cons. 30. & vide Alex. cons. 5. vol. 5. Et dicit, ꝙ etiam in casib. in quib. sola citatio interrumpit præscriptionem, intelligi debet, dummodo citari faciens ipse comparuerit in termino citationis, & debitum suum fecerit.
f Ale. ¶Solam citationẽ. Vide bal. in l. j. C. de fru. & li. expen. vbi dicit, ꝙ ẽt in p̃scriptione, q̃ interrumpitur per litis cõtestationẽ, si libellus fuit ineptus, cuius vigore secuta fuit absolutoria, omnia perimuntur, & etiam interruptio.
g Ale. An citatio. No. ꝙ citatio nulla ñ ĩterrũpit p̃scriptionẽ, & an cõparitio sequẽs citationẽ nullã, validet eã, adeò ꝙ interrũpat p̃scriptionẽ, vide bal. in l. j. §. 1. & ibi no. de fer. Adde bal. in Aut. oẽs. C. si vt se ab hrd. abst. & in Auth. offerat̃. C. de lit. cõt. vbi ad hoc alle. ista gl. sđ certè gl. ibi expsse t3 cõtrariũ arbitror bal. ibi esse corruptũ. & vide Ale. in d. l. j. de fer. in prin. & tenendo, ꝙ spõtanea cõparitio validet citationẽ, tũc qro, an sola cõparitio sequẽs interrũpat, an solũ cũ deuẽtum est ad litis cõtestationẽ, pt. n. esse interuallũ magnũ inter cõparitionẽ, & litis cõtestõnẽ, & obiectionẽ dilatoriam, q̃ obiectio p̃scriptionẽ interrũpit. c. cũ dilectus. de ord. cog. & in hoc Pe. de Anch. in l. j. de fer. tenet, ꝙ p solã spõtaneã cõparitionẽ interumpatur, quia hẽt vim citationis, & maiorẽ, vt patet ex his q̃ hñr, & no. in d. §. 1. in c. fi. de elect. in 6. quod ẽ no. Adde Bal. in addi. Spe. in ti. de cita. & ibi no. dixit, ꝙ meminit se legisse, ꝙ citatio realis interrumpat præscriptionẽ. Et ad p̃dicta dicit bal. in l. ꝓperadũ. §. & si q. dẽ. C. de iud. ꝙ si citatio nõ fit legitimè fcã, snĩa lata contra actorẽ sit ipso iure nulla. Et an libelli oblatio cum executoris missione corã arbitro, interrumpat p̃scriptionẽ, si cõpromissum nõ tenet, vide Gui. de Suz. in l. cũ antea. C. de arb. & tenet ibi ꝙ nõ, p l. si p̃r. C. ne de sta. defun. & ad Barto. hic, vide Ale. in rub. ff. de in ius voc. cum concor. Adde, ꝙ citatio gñalis, & indiscreta interrrumpit præscriptionẽ. & facta ẽt in alio loco quàm domicilij p̃scribẽtis, vt voluit bal. cõs. 167. 1. lib. Et an per oblationẽ inepti libelli, per eundẽ in addit. ad Spe. in ti. de citatione. Clau. ¶Adde in materia quod dicit Ale. in l. scire. §. si à fure. s̃. de verb. obl.

LEX XXXVII.

Filiumfa. Nota. ꝙ in publicis iudicijs potest esse filius sine p̃ris voluntate, vt hic, & habuistis in l. inter liberas. §. filiusfamil. s̃. eo. & ibi dixi.

LEX XXXVIII.

1 *Hæc lex in adulterio simplici est correcta, non in adulterio, cum incestu.*
2 *Pœna incestus, est pœna adulterij.*

3 Tuniri

3 *Puniri quis poteſt de adulterio, & inceſtu, vel de ſtupro, & inceſtu.*
4 *Stuprum eſt ſpecies ſeparata ab adulterio & inceſtu, & committitur in viduã vel in virginem.*
5 *Quid operetur quod quis teneatur de adulterio & ſtupro, vel ſtupro & inceſtu cum æqualis ſit pœna.*
6 *De quo errore intelligatur in hac lege.*
7 *Mulier contrahens matrimonium contra ius gentium nõ excuſatur: contra ius ciuile ſic.*
8 *Coitus, qui fit ſine colore matrimonij, eſt punibilis, & qualiter.*
9 *Coitus prohibitus de iure gentium, vel naturali, ſub colore matrimonij, quãdo ſit punibilis, & quando non.*
10 *Ignorantia quòd maximè præſumatur in muliere, & minore in matrimonio.*
11 *Contrahentes inceſtas nuptias qua pœna puniantur.*
12 *Contrahentes matrimonium in caſu prohibito, quorum vnus ſciuit, alter ignorauit, ſciens punitur, ignorans non.*
13 *Error iuris in contrahente matrimonium, qualiter probetur.*
Error iuris debet allegari, et nõ ſufficit ꝙ appareant præſumptiones ſufficiẽtes,
14 *Poſitiones de errore fieri debent.*
15 *Excipiens de præſumptionibus erroris, videtur errorem allegare.*
16 *Delinquens ignoranter, excuſatur, quando delictum non committitur principaliter in iniuriam alicuius: ſecus ſi comitteretur.*

Si adulterium. Hæc ẽ bona lex, & ſubtilis, & difficilis.
Si cõmittiẽ adulteriũ cũ inceſtu mulier
puniẽ, vt vir. Idẽ ſi cõmittiẽ ſtuprũ & inceſtus: ſed ab inceſtu ex-
cuſaẽ pp ignorantiã, q̃ p̃ſumiẽ in muliere minore, & ſtatim pęni-
tẽte. h. d. vſq; ad §. Impatores. ¶ Diuidiẽ principl'r in tres partes,
vel quatuor. Primò loquiẽ, qñ cõmittiẽ adulteriũ cũ inceſtu. Se-
cundò, qñ ɔmittiẽ ſtuprũ & inceſtus à maſculo. Tertiò, qñ ɔmitti
tur ſtuprũ & ĩceſtus à muliere ſub colore mr̃imonij, Quartò, qñ
maſcul⁹ aliqual'r excuſaẽ. Quintò, qñ in totũ liberaẽ. Scđa ibi, ſtu
prũ. Tertia ibi, quare mulier. Quarta ibi, nõnunq̃. Quinta ibi, fra-
tres deniq;. ¶ † Op. ad primã ptẽ, imò al'r puniẽ mulier q̃ vir. vt ĩ
1 auth. ſed hodie. ɔiuncta l. q̃uis. C. eo. So. In adulterio ſimplici hæc
lex eſt correcta, ſed in adulterio cũ inceſtu, nil eſt innouatũ p illa
iura, ar. ad hoc j̃. l. pxi. §. p̃ſcriptione. & §. inceſti. ¶ Quęrit gl. q̃ eſt
pęna inceſtus? † Gl. dicit, ꝙ eadẽ pœna eſt ĩceſtus, q̃ eſt adulterij,
2 vt hic colligiẽ, & habuiſtis notatũ in l. inter liberas. §. j. s̃. eo. nõ ha
betis alia circa primã partẽ. ¶ Seqtur §. ſtuprũ. vbi eſt ſecũda pars,
& eſt difficilis §. & legiẽ duob. mod. in iſtis gl. Primo ꝙ hic loqtur
ſimpl'r de adulterio, & ĩceſtu. Secũdo mõ, ꝙ loquaẽ de ſtupro & ĩ
ceſtu. Et ꝙ hæc lex loqẽ de adulterio & inceſtu, primò facit tex. q
dicit, an adulterij pœna ſufficiat. Huic lect. applaudit gl. ſuper ver
bo, ſtuprũ. & gl. ſup verbo, filiã, & gl. ſup v̈bo, ɔcurrãt. Scđo mõ
legitur hæc lex, vt dixi de ſtupro & inceſtu. Pro hac lec. facit tex.
q dicit ſtuprũ. huic etiam applaudit gl. ſup verbo, adulterij. & glo.
ſuper verbo, duplex. & gl. ſup ver. errore. Quæro igiẽ, q̃ iſtarũ lec.
ſit vera? Rñ. hic loqtur de ſtupro, & inceſtu. De adulterio. n. & in-
ceſtu non p̃t loq: qa cũ nupta nulla cadit excuſatio, vt j̃. ea. l. verſ.
3 fratres. ¶ † Vlterius q̃ro p declarõne legis, vtrum de vtroq; deli
cto puniaẽ, ſ. de ſtupro & ĩceſtu: vl' de adulterio & ĩceſtu? Gl. dicit
ꝙ ſic, & bñ. Et hoc vult dicere tex. hic, ibi: qa multũ ĩtereſt, vbi ſol
uit hanc q. qa vr̃ velle, ꝙ qñ facit ſciẽter, puniatur de vtroque. Fa
cit l. q de crimine. C. de acc. ¶ Contra hoc opp. de l. ſenatus. s̃. de
acc. Sol. ibi dicit ob id crimen: hic vero ſunt diuerſa delicta, licet
a ex eodem facto. deſcẽdãt. Cõtra hoc [a] op. de d. l. ſenatus, put lo-
quiẽ in parricidio, & homicidio, q̃ ſunt delicta diuerſa, & tñ non
põt qs puniri de vtroq;. Rñ. illa delicta hñt ſe vt gen⁹, & ſpẽs: ſeu
delicta, de qbus hic loqẽ, hñt ſe vt excedentia, & exceſſa. ſeu ſpẽs
ſeparatæ. Sed ɔ̃ hoc op. de d. l. ſenat⁹. put hic loqẽ de ſtupro & in
4 ceſtu. Nã ſtuprũ vr̃ gen⁹ ad oẽm coitũ illicitũ. † Rñ. ñ ẽ verũ. imò
ſtuprũ ẽ ſpẽs ſeparata: qa ñ ɔmittiẽ, niſi in viduã, vel in virginem,
vt habuiſtis. s̃. e. l. ſtuprum. §. j. & l. inter liberas. §. j. ¶ Dixi, ꝙ teneẽ
5 de vtroq;. ſ. de adulterio & inceſtu, ſeu ſtupro, & ĩceſtu. ¶ † Quæ-
ro, qd releuat đ vtroq; teneri? Si n. ẽ æqualis pęna: qa ẽ pęna capi
tis, nil releuat teneri đ vtroq;, cũ ſemel tñ poſſit decapitari. l. vul
garis. in pri. & ibi dixi s̃. de fur. Rñ. iſtud eſt vtile. Primò, quia ſi ſe
quatur abſolutoria ſup vno, poterit ab alio crĩe accuſari. l. qui đ
crĩe. C. de acc. Itẽ ſi ſequaẽ ɔdẽnatoria, pdeſt in hoc: quia ẽm tpa
hæc nõ erat pœna capitis, ſed minor, vt no. in l. ij. §. miles. s̃. đ his,
qui no. ĩfa. & l. ſi qs viduã. j̃. de qõnibus. & j̃. đ re mili. l. q cũ vno.
§. adulterij. & iõ pdeſt ẽt ſcire pp ſtatuta ciuitatis, q̃ hodie mino-
rẽ pęnã imponũt p adulterio. Itẽ qñ iſta delicta ſũt ſil' ɔiũcta, v-
6 nius pęna augeẽ pp aliud, vt j̃. e. l. px. ¶ Itẽ dr̃ hic, † errore & c. q̃-
ro de quo errore loqẽ hic? Dicit gl. de errore facti iuſtiſſimi. Alij
dñt de errore iuris, & tũc dic. ꝙ loquiẽ de errore q declarabitur ĩ-
ferius. ¶ Quæro qd vult dicere ɔtumacia iuris, & ɔtumacia ſan-
guinis? Rñ. vult dicere, ꝙ ſciebat ius, & ſciebat parẽtelã, & vtrũq;
ɔtẽnitur. Nõ hẽtis alia hic, circa hãc ptẽ. ¶ Seqtur tertia pars, q̃ ĩ-
7 cipit, quare mulier. Ex hoc not. † ꝙ ſi mulier ɔ̃hit mr̃imonium ɔ̃
ius gentium, puniẽ, ſed ɔ̃ ius ciuile excuſaẽ. Opp. & vr̃, ꝙ ẽt quan
do ɔ̃hit ɔ̃ ius gẽtiũ, excuſeẽ mulier. j̃. ea. l. ver. fratres. Sol. hic hoc
fecit ſciẽter, volẽs ɔ̃here mr̃imoniũ, ſed in ver. fratres. fecit igno
ranter ɔ̃hendo matrimonium, qđ credebat ſe ɔ̃here licitè. & hoc
eodem modo de ea. q̃ ignoranter fecit, debet intelligi ver. nam
ſi ſola, qui poniẽ hic, vt j̃. dicetur. ¶ Expeditus de tertia parte, ve-
nio ad quartam, quæ incipit, nonnunq̃. Hic nõ habetis alia, nam
eius materiam. j̃. proxi. §. dicã. ¶ Sequitur quinta pars, quæ inci-
pit, fratres. & diuidiẽ in partes quatuor. Primò. ponit reſcriptum,
qñ quis excuſatur pp ætatem. Secundò, ponit aliud reſcriptum,
qñ quis excuſatur pp pœnitentiam oſtẽſam per diuortiũ. Tertiò
poniẽ aliud reſcriptum, qñ qs accuſatur pp pęnitentiam oſtẽſam
p ſupplicationem. Quartò Iuriſconſultus reaſſumit oĩa p̃cedẽn-
tia. Scđa ibi, iidẽ Imperatores. Tertia ibi, iidem Pollioni. Quarta
ibi, inceſtũ aũt. ¶ Opp. de l. qui ɔ̃. C. de inceſt. nupt. Huius timore
gl. diſtinguit hic, dicens, ꝙ ibi errauit in facto: hic in iure. Et anne
ctit gl. vnum verbũ ꝙ in inceſtu, ſi quis errauerit in iure naturali
vel gentiũ, nullo modo excuſaẽ, licet aliqual'r releueẽ. Hoc dictũ
nõ placet mihi per tex. in ver. iidem Imperatores. Nã mr̃imoniũ
ɔ̃ctum cũ nouerca eſt illicitum de iure gentiũ: qa illa mr̃imonia
dñr de iure gentium illicita, quæ ſunt prohibita rõne ɔſanguini-
tatis, vel affinitatis. Ita intelligit Azo in ſumma, C. de inceſt. nupt.
8 & in ſumma, de interdicto matri. in prin. ¶ Et ideò p † declaran
da iſta materia, volo vos ſcire, ꝙ hẽtis tres gl. in hac mã. Vna eſt
hic, alia eſt in l. q ɔ̃. C. de inceſt. nup. Alia eſt, q̃ eſt pfectior, & me-
lior, in Auth de inceſt. nup. §. j. ſed tñ non bene declarat. Ideò pro
q huius declarõne [b] volo te ſcire, ꝙ qñq; coitus fit ſine colore ma
trimonij, tunc iſto caſu puniẽ indiſtinctè iſte talis coitus: & puto
ꝙ puniẽ ẽm illud, qđ eſt in veritate. non ẽm illud qđ putabat. ſi e-
rat ɔſanguinea, punieẽ de inceſtu, ſi nupta, punieẽ de adulterio,
qñ dabat ab initio operam rei illicitæ, & erat ĩ dolo ar. s̃. de fur.
9 l. vulgaris. §. ſi quis ex. & s̃. de iniur. l. cũ, qui. §. ſi iniuria. Qñq; † iſte
talis coitus fit ſub colore mr̃imonij, & hic eſt aduertendum. Aut
tu q̃ris, vtrũ ipſe puniatur l. Iulia de adult. & ſtupro, & de inceſtu.
Aut tu quæris, an puniatur ex conſtitutionib. q̃ puniunt ɔ̃hentes
nuptias inceſtas. Primo caſu, aut ipſi ſciuerũt ius, & factum, & pu
niuntur vt hic in §. ſtuprũ. ibi, ɔtumacia iuris & ſanguinis, & c. qa
puniẽ. de ſtupro, & inceſtu, vt hic dr̃: aut ignorauit vterq;, & ſunt
excuſati. vt l. q ɔ̃. C. de ince. nup. & hoc put hic dicit, errore iuris
matrimoniũ illicitè ɔ̃hatur. Aut ignorabat factum, & ſciebat ius,
& tunc idẽ ꝙ excuſeẽ, vt hic, put dr̃, errore, d. l. q ɔ̃. C. de ince. nup.
Aut eɔ̃ ſciebant factũ, & ignorabãt i⁹ & in iſto caſu ſi quidem mu
lier eſt, excuſatur, vt hic in ver. fratres & in verſ. quare mulier, ibi,
nã ſi ſola, & c. ſi erat maſculus, tũc aut minor, & excuſaẽ, d. ver. fra-
tres. aut maior, & tunc ſi ſtatim cum cognouerit, eũ pęnituerit, q̃
pęnitentia oſtẽdiẽ p diuortiũ, vel p ſupplicationẽ, ei parcitur ſil'r,
vt hic in verſi. ijdẽ Pollioni. & in ver. ijdẽ Imperatores. Aut ſtatim
non pœnituit. & tunc punitur, ſed mitius, vt in ver. nõnunquam.
Aut dubitatur, vtrum ſciuerit, vel ignorauerit, & tunc aut mr̃imo
nium eſt ɔ̃ctum clã, & p̃ſumiẽ ſcĩa. l. vlt. s̃. de rit. nup. & l. j. C. de in-
10 terd. matr. ẽm intell'm gl. quem ponit hic, & ibi. Aut fecit palã. † &
tunc præſumiẽ ignorãtia, d. l. vlt. de rit. nupt. q̃ maximè p̃ſumiẽ in
muliere, & minore in eo, quem ſtatim pęnitet facto diuortio, vel
11 ſupplicatione porrecta, vt viſtis hac lege. Si vero † q̃ris, qualiter
c quis puniatur illis ɔſtõnibus, q̃ puniunt inceſtas nuptias, eſt aduer
tendum: quia in hoc ẽ triplex pęna, vna eſt ꝙ mr̃imonium nõ va
leat, & iſta indiſtinctè hẽt locum, & nõ excuſaẽ ignorantia, vel ęta
te. l. j. C. de interd. matr. & hac l. ver. fratres. vbi oĩno p̃cipiunt ɔiun
ctionem diſtrahi. Alia eſt, p quã adimiẽ lucrum, ſeu a lucro repelli
tur. & in hac l. diſtinguitur. Aut fuit ſciẽs, & hẽt locũ illa pęna: aut
ignorãs & tũc aut fuit ignoratia iuſta, & à pęna excuſaẽ, aut iniu-
ſta ignorãtia, & tũc ñ excuſaẽ. l. q ɔ̃. C. de ince. nup. Et ex hoc ſeq-
tur,

ADDITIONES.

a Alexã ¶ Cõtra hoc. Vide plenè gloſſ. in Auth. de inceſt. nupt. vbi ponit quid ſit inceſtus, & quid nefarius coitus. & vide gl. Inſt. de nupt. §. ſi aduerſus.

b Ale. ¶ Huius declaratione. Ex his dictis habes, quis coitus ſit prohibitus, & quis ſit permiſſus, & quid in nouerca, & vide glo. Inſt. de nup. §. ſi aduerſus. Quid in alio ſimplici fornicatore, vt ſolutus cum ſoluta? Quidam dicebant, ꝙ iſta ſimplex fornicatio non erat prohibita de iure ciuili, ſed de iure canonico tantum, & ideo erat crimen eccleſiaſticũ. Allegant Fed in con. Sed poteſt ſaluari dictũ Fed. in fornicatione presbyteri, vt no. in c. eos 32. diſt. Item poteſt ſaluari in puro concubinatu, qui nõ eſt prohibitus à iure ciuili, vt ff. de cõcu. p totũ. Sed regulariter oĩs alia fornicatio puniẽ, not. Bar. in l. j. de cõc. Quid ĩ Iudæo habẽte coitũ cũ Chriſtiana, an puniaẽ à iudice ſeculari, vel eccleſiaſtico? vide gl in c. ſæpe. 28. q. j. & quod hr̃ in c. in Archiepatu. de ra. & cõſuluit Io. Cal. in ſuo con. quod ponit in tit. de fo. compe. in conſi. 12. & repetiit ſub titu. de iud. & Pet. de Anch. in conſi. 14. & Io. And. in c. gaudemus. de diuort. quæ not. Et qua pœna puniatur Iudæus habens rem cum Chriſtiana, & qua pœna habens rem cum brutis, & qua pœna puniatur mulier faciens officium hominis, vide quæ dixi in l. cum vir. de adult. & gl. in c. inter opera charitatis. de ſpõ. dicit ꝙ crimẽ meretricij ſub diſſimulatione pertranſit, & tamẽ meretricari eſt peccatum mortale. 32. q. 4. in c. meretrices. Quid in habente rem cum beſtiis. vide tex. in cap. ſi mulier. alias, mulieri. 16. q. j. quem pro ſin. all. Ro. in l. ſi vero. §. de viro. in 36. aliàs 46. fal. ff. ſolu matr. Adde, ꝙ Oldr. cõſi. 333. dicit, ꝙ Iudæus cognoſcẽs Chriſtianũ debet puniri extraordinariè, & dicit, quòd illi Iudæo pro quo ipſe cõſuluit, fuerũt inciſa virilia.

c Alex. ¶ Si vero quæris. Adde gl. in verb. nouerca. & Bald. in l. auunculo. s̃. de cõdic. ſine cau. & Io. And. in c. ex tenore, qui fil. ſint legi. & quæ no. in l. fi. j̃. eod. Et an filij ex illegitimo matrimonio nati, ſeu alias illicito inter ignorantes ſint legitimi? vide ſing. Bald. poſt gl. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.

tur, ꝙ si errarent in iure, qñ esset ignorantia iniusta, nihilominꝰ tenerentur pœna illius l. q ꝰ. C. de incest. nupt. Tertia est pœna, ꝑ quam punitur & in persona, & in bonis: & illa pœna nõ habet locum, nisi tales nuptias ꝯxerit dolose, & scienter: & ideo q̃cunq; ignorãtia ab illa pena excusaret. Ita loquitur d. aut. incestas. C. de
12 incest. nup. & auth. de incest. nup. §. j. & qđ ibi no. ¶ † Quærit gl. a
a qđ si vnus sciuit, & alter ignorauit? Dic vt not. hic, & in l. qui ꝯtra C. de incest. nupt. q̃ in sciẽte hẽt locũ, vt s̃. dixi. ignorans excusat,
13 vt ibi, vt s̃. dixi. ¶ Vltimo, † ex hac l. no. duo. Primò, qual'r iuris error probatur: & hẽs, ꝙ probatur ex istis qualitatibus: quia fecit palam, & statim cũ fuit sibi dictũ, dimisit. vel erat minor, ex istis præsumit̃ error iuris, vt hic, & in ver. fres. & §. incestũ. plenè dixi ĩ l. 2.
b s̃. de confes. ¶ Secundo no. b † ꝙ nõ sufficit ꝙ appareant ꝓsum-
14 ptiones sufficiẽtes ad probationẽm erroris, nisi etiã error allege-
c tur. c Hoc dicit hic in ñ text. notabiliter ibi, vtiq; si error allegat̃, &c. Vñ memẽto ꝙ facias positionẽ erroris, qđ ꝑpetuo tene mẽti.
15 ¶ † Vltimo possemꝰ d ẽt dicere, ꝙ ille q faceret exceptionẽ de ꝑ-
d sumptionibus erroris, tũc hoc faciẽdo videret̃ allegare errorem; sicut dicimus in libello, l. oẽs. §. Lucius. s̃. de his quæ in frau. cre. ¶ Hic vr̃, ꝙ ex pœnitentia qs ꝯsequat̃ impunitat̃ delicti. Cõtra s̃. de fur. l. qui ea mẽte. Sol. hic pnia ostẽdit, & declarat in præteri
16 to nõ fuisse dolũ: ibi verò secus. ¶ Vltiõ † q̃ro, ego video, ꝙ ꝑp ignorantiã qs excusat̃, sed an puniat̃ alia pœna extra ordinaria? Vr̃ ꝙ sic, l. respiciendum. §. delinquunt. j̃. de pœ. & l. 2. §. hac actione. s̃. vi bo. rap. In ꝯrium est ista lex, nisi in casu, vt s̃. dixi. Sed rñdeo, quãdo delictum nõ ꝯmittitur in iniuriam alicuius principaliter, tũc si cessat dolus, nulla pœna venit imponenda, vt hic: secus si ĩ alicuius iniuriã respiceret principaliter, vt j̃. co. l. pe. & ibi tangã.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Quærit gl. Et adde Bal. in d. l. qui contra. C. de incest. nupt.
b Alex. ¶ Secundo no. Iuris ignorantia, vel error non sufficit, nisi allegetur. Idem gl. sing. in cle. appellanti. de appel. In noto io. vide quæ dixit Alex. in l. j. post Bal. C. vt quæ desunt aduo. vbi omnino vide. adde Bal. in l. super longi. C. de præscri. lon. temp. Et an sufficiat allegare postquam est conclusum in causa, vide Doc. in cap. peruenit, de empt. & vend. & ibi an iudex possit supplere. Et an consuetudo debeat allegari, vide Bal. in l. veniam, de in ius voc. & no. in l. si quis non dicam. de episc. & cler. & in l. quicunque. C. de ser. fug. Et dum hic tangitur de iure præsumptionis, vide Bar. & in scripti, in l. j. de except. Et quotuplex est præsumptio, vide gl. magnam in l. si. quod met. cau. & glo. in c. is qui. de spon. & facit §. iidem Pollioni. j̃. ea. l. ad ea quæ no. refert Alex. in l. à diuo. § si super rebus. de re iud. Et bonum dictum de cõsuetudine, vide per Bar. in rep. l. de quib. x. q. prin. s̃. de legib. vbi dicit, ꝙ creditur excellentissimo Doctori, vsquequo probetur in cõtrarium. Adde ad Bar. in hoc ver. secundo quæro. Rom. consil 177. vbi pulchram limitationem ponit.
c Pom. Error allegetur. bene facit dictum Io. Andr. & Comp. in c. cum dilectus. de consue. per tex. in c. ea noscitur. secũdum vnum intellectum magis cõiter approbatum. de his quæ fi. à præla. sine cõsensu c. & quod no. gl. in cle. appellanti. de app. & Io. And. in c. 2. vt li. nõ cõte. Et pro horum declaratione. vide do. Alex. in l. qui in aliena. versi. extra gl. no s̃. de acq. hæ. vide etiam Alex. in cons 136. vol 2. & seq. 37 & Rap. Cu. cons. 6. & 43. & Alex. cons. 113. vol. 4. & Ro. consi. 51. in prin. & 72. & Alex. cons. 1 vol. 5. & vnum verbũ Fel. in c. quæ in ecclesiarum. ver. limita quarto. de cõsti. & in c. intimauit. de testi. in ca. afferte. in 3. no. de præsump & in c. quia verisimile. eo. tit. & in c. de quarta. de præscri. & Cæp. consi 6. & 39. & in c. si. de præscrip. & Barb. consi. 50. vol. 1. & cons. 62. eo. vol. & Ant. de Prato in consiliis Barb. ad fi. vol. j. & Fel. in c. j. de re iud. & in c. inter cæteras. e ti. & ad fi. & Barb. cõs. 8. vol. 2. & cõs. 16. vol. 2. & cõs. 35. eo. vol. 2. & cõs. 45. eo. vol. 2. & cõs. 70. eo. vol. Ro. cons. 76. & 143. & no. Fel. in c. cum ordinem. de rescri. & Are. in ca. inquisitionis. § tertiæ dubitationis. de acc. & cõs. 112. in fi. & Fel. in c. ad hæc de acc.
d Alex. ¶ Vltimo possemus. Qui facit exceptionem de præsumptionibus erroris, videtur errorem allegare. Pro hoc facit quod no. Bar. in l. j. s̃. de exceptiõ.

a §. Imperatores. a Tene menti hunc casum: quia bonꝰ casus est.

ADDITIO

a Imperatores. Vide Fel. in c. cum dilecti filij, de exc. & s̃. in l. si adulterium. §. iidem Pollioni. vide Fel. in c. cum ordinem. de rescr. & in c. fi. de præscr. & in c. afferte. vbi late de præscri.

1 *Filius potest patrem bannitum occidere stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi.*

§. Liberto. No. text. ibi, nam cuius famæ, &c. Dyn. dicit ꝙ argu. huius §. dici potest, quòd si contineatur in statuto, quòd exbannitum quis possit occidere, quòd nõ ideo
1 eius vigore † filius poterit occidere patrem exbannitũ, sicut nec libertus patronum, nec vasallus dominum. Pro hoc facit in aut. de incest. nup. §. j. de obse. patr. præst. l. pe. facit l. mutus. §. manente s̃. de iure do. Sed aduertatis, ista quæstio fuit semel facta Tuderti, & cum esset commissa cuidam collegio, fuit consultum, ꝙ filiꝰ potuit patrem impune occidere, nescio per quæ iura. & hoc pu-
a to verum, ꝙ filius tunc possit patrem occidere impunè. Nam licèt hic libertus reperiat patronum in adulterio, remanet tamen patronus, & habet iura patronatus: sed non sic in exbannito, qui efficitur hostis, & transfuga ciuitatis. l. amissione. §. qui deficiunt. s̃. de cap. dimi. & sicut is perditur ciuitati, ita perditur filio l. postliminium. §. filius. j̃. de capt. & postlim. reuer. Ad quod facit l. milites. circa fi. j̃. de re mil. & est casus expressus s̃. de relig. l minime.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Puto verũ. Sal etiã tenet ꝙ sic, in d. l. j. C. de his qui parẽt. vel lib. occi. vt ibi plenè per eum. [illegible] Imo & Ang. de Aret. in l. [illegible] ad fi. de verb. obl. vbi concludunt, filium posse interficere patrem hostem ciuitatis. Et dicit ipse fuisse in facto, in Bal. [illegible] Et facit ad qõnem in Bar. hic [illegible] l. minime. ff. de religio. Et qui cecidit pro patria, in æternum creditur viuere. Inst. de excus. tut. §. sed si in libello. & no. Bar. in d. l. mi

nime. Adde, quòd propter hoc, ꝙ filio liceat occidere patrem hostem ciuitatis, Abbas consuluit, ꝙ filius talis possit testari, & sit liber à patre, & eius cons. apparet 103. lib. j. in cip. placet mihi secunda. vers. secunda facit.

LEX XXXIX.

d batur fama?[d] Gl.in d.l.3.§.eiusdẽ quoq;.in pri.dicit quòd sufficit probari per duos testes, qui dicant maiorem partem populi hoc sentire. In eo, quod dicitur per duos testes, hoc placet mihi, nisi per

ADDITIONES.

a Ale.¶Illius viciniæ. Adde Bart.in l.j.C.de testa.ver.vltimò nota mirabilem.& in l.si quidem.in fi.so.mat.& in gl.ibi.

b Ale.¶Tertiò quæro. Et adde, quod Bal.in c.veniens.de testi.dicit quòd fama, q̃ nescitur à quo habuit originẽ, idẽ operatur quod dcm̃ vnius testis.alleg. l.miles.§.mulier.s.de adul. Bene facit l.Pantonius.de acq.hære. Adde bár. hic Bald.l.testiũ.C.de test.& adde ꝙ dixi in l.3.C.de ser.vbi dr̃, ꝙ illud, quod dr̃ à personis fide dignis, est iusta causa credulitatis, quod refert Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi p̃tori.in 8.q.s.de ope.noui.nun. Et cõis opin.vilissimorũ, ẽ nullius effectus, ẜm Petrum in tit.de reo.§.sequitur.in fi.quod omnino vide.

c Alex.¶Quartò q̃ro. Vide clarius Sal.in l.ea q.dẽ.C.de accu.in materia de fama, in ver.q̃ro, an fama.vbi tenet, ꝙ sufficit ꝙ superueniat accusatione pendente.de quo etiam vide Imo.& Bal.no.in l.si p̃t.de acq.hære.vbi vide.

d Ale.¶Quæro qualiter probat̃ fama. Vide oĩno 4.q.3.itaque. Vide Spe.de not. cri.§.famã, & ibi vide clar.us Adde, ꝙ q s põt certiorari de fama sine testib. minus solẽniter receptis, & sine ordine iudiciario.& duo de fama deponentes, an sufficiant, & quid si vnus testis ꝓbat de veritate ex vna parte, & vnus de fama ex altera. Itẽ per literas bonorũ virorũ ꝓbatur fama ẜm Inn.in c.cũ in tua, de desponsa.impube.ita refert Bal.in c.j.§.si duo homines, de pa.tenẽ. & ibi no.gl.& gl.3.q 3.can.sciant.& 35.q.2.c.si duo.& ibi per Archi.& adde ꝙ Imo.in c.licet.de accu.dicit, ꝙ fama bona, vel mala ꝓbatur per cõem auditũ.& pro hoc facit qđ no.dicit gl.9.disti.sane quippe.& vide bal.in l.couenticula.C.de epis.& cle. Qualr̃ autẽ ꝓbetur infamia, vide per Spec.ti.de inquisi.§.nunc tractemus.ver.quid sit ille.& Inn.de accus.c.cum oporteat. Et qđ si testis dicat aliquẽ esse malæ famæ, & cõis opinio est in contrarium, vide p Imo.in c.inquisitionẽ.circa fi.de elect.& in c.qualiter & qñ, de acc.vbi latè. & Bald.in l.Cassius.§.fi.s.de Sena. Et quid si vnus testis probat de veritate. q dicatur validior probõ, ẽt si duo per famam ꝓbarẽt, vide Bal.in l.2.in prin.s. de excu.tuto.& qđ no.Bar.in l.j.§ iidẽ Cornelio.s.e. Et qũo ꝓbatur cõis opinio, Bal.in l.j.C.de testa.& no.ꝙ facto probato fama adiicit quãdam qualitatẽ ꝓbõi veritatis, id est notorietatis.ẜm Bal.in auth.quod locũ.C.de colla.in fi.qđ no. Et adde ꝙ fama cũ antiquissima possessione, de qua in contrarium memoria non existat, hẽtur pro plena probõe, vel cõi possessione 30 annorum.ita dicit Bal.in l.at q natura.§.si cũ me absente.de neg.gest.& in l. in bonæfidei.in vlt.col.C.de reb.cred. Adde, quòd si probatur fama, & ex diuerso probat̃ fama contraria, nõ dr̃ fama probata.Bal.in l.sacrosanct.C.de epis.& cle.& in l.qui accusare.C.de edend.per Bar.& Bal.in l.si põt.s.deac. hære.& bene facit, qđ dixi in l de quib.de legib. Adde etiam quod Bal.in l.cũctos populos, de sum.tri.secut⁹ Inn.in c.sicut.de simo.dicit, ꝙ probõ famæ ẽ minus, q̃ probõ iudiciorũ. Adde ꝙ testis ẽt interrogatus super fama, vel infamia, dẽt reddere rõnẽ dicti sui, & sufficiẽter, alias nõ valet.ita Bal.in l.qd ergo.§.q̃situm.s.de infa.& Bal.in rub.C.de prob.& ẽt Bar.hic.& Bal.in l.3.C. de testib. Adde ꝙ ad probandũ infamia dẽt dilucide ꝓbari factũ, ex quo infamia orta est, vt dicit Bal no.in l.Cassius, s.de sena. ad qđ vide Bal.in l.j.ad fi.de testib. Et ad bar.hic adde bal.in l hr̃des palam.s.de testa. Et ad purgationem infamię vide no.per Spec.in tit.de inqui.§.j.vers.hoc autem scias.& in verb.quid si reus.& ad bar.hic adde quod Inno.in c.licet, de accusa.dicit, ꝙ fama bona vel mala probatur pro auditum, & rationem. In quo autem differat fama ab opinione, hẽtur per Io.Andr.in addi.Spe.in tit.de noto.cri.§.fama.ver.2.& s.no.in j.q.

per formã statuti requirerentur plures.Sed illud quod dicit gl.ꝙ
testis habet deponere,quod maior pars populi hoc sentit,intelli
ge prout dixi,s.maior pars populi,vel alterius vniuersitatis, vt di.
xi.In eo quod dicit sentire,an sit verum,põt dubitari. Nam depo.
nit de eo,quod nõ percipitur sensu.quod.n.popul⁹ sic intelligit,
non percipit̃ sensu,ergo vr̃ ꝙ testimoniũ nõ valeat.l. qui testamẽ
to.in fi.s̃.de test.& in l.j.in prin.s̃.de his q̃ in testa.delen. & quod
no.per Inn.in c.cum cãm,extra de testi. sed pro gl.vr̃ casus in l.si
arbiter.s̃.de proba.vbi vr̃ tex.dicere quòd testis debet deponere,
ꝙ est omnium opinio.Finaliter ego credo,ꝙ testis debeat depo
nere aliqd,quod percipiat sensu,vt d.legibus.& ideo vt testimo-
nium prolatũ,ſm gl.saluetur,oportet ꝙ reddat cãm sui dicti.s. di
co maiorẽ partem populi hoc sentire:qa audiui maiorẽ partem
populi sic dicere.Ita intelligo d.leg.si arbiter.& quod not.Inn.in
c.veniens.aliàs non esset probata fama.Nam maiorem partẽ po-
puli hoc sentire,posset cõprehendi ex alio,q̃ ex voce, & sic non
esset fama:vt dictũ est s̃.& probatur in d.l.Labeo.s̃. de supel.leg.
20 ¶† Quæro qd a si dicit testis,ꝙ audiuit hoc dici à maiori parte
a hominum,seu gentiũ istius ciuitatis? Certè est ꝓbata fama:quia
ex hoc colligitur,ꝙ maior pars populi hoc sentit.Nemo.n.præ-
sumit̃ dicere,nisi quod agitauit in mente.d.l.Labeo.s̃.de supel.le.
Sed si non adiiceret illa verba,ciuitatis istius,sed diceret, audiui à
b maiori parte ppl'i, b an sufficiat:vr̃ ꝙ sic,qa dẽt intelligi in dubio
de populo illius ciuitatis,in qua fert testimoniũ.l.q̃ cõdõ.§.fi.s̃.đ
ↄd.& dem.& l.si cum dies.l.si arbiter.s̃.de arbi.Contrarium puto
verũ:qa dictũ testis debet de necessitate ↄcludere.l. non hoc.C.
c vñ legi.& extra de ꝓba.c.in pñtia.c Sed istud dictũ nõ ↄcludit de
necessitate,vbi est fama ista.ergo &c.Sis ergo cautus, ꝙ testis di-
cat,ꝙ est publica vox, & fama. Interrogatus qũo scit,rñdit:quia
publcè dr̃ p ciuitatẽ,vel à maiori parte populi huius ciuitatis,ĩ ci
21 uitate,castro vel villa,vt dixi. ¶†Sed qd d si testis dicit ꝙ est pu-
d blica vox,& fama?Certè nõ probat,qa nõ reddit cãm p aliqđ,qđ
pcipiat̃ sensu.Nõ.n.dicit,se audiuisse à maiori pte populi, sed di-
22 cit,ꝙ hoc dr̃.Sed qd si dixit,ꝙ audiuit publicè dici.†Rñ.nõ suf.
e ficit:quia põt esse ꝙ vnus hõe publicè dicebat.Debet ergo dice-
re, audiui publicè dici à maiori parte hominum huius ciuitatis.
f ¶Quæro si testis f interrogatur,† à quib.personis audiuisti dici,
23 vtrũ dẽat de hoc interrogari,& ipse de hoc dẽat rñdere? Inn.đt
g ꝙ sic.g Nã cũ fama dẽat hr̃e originẽ ab honestis psõis,ñ posset sci
ri,an hẽat originẽ ab honestis psonis,vel ñ,nisi illæ personæ ma-
nifestentur.Ita ponit Inn.in c.qual'r & qñ.ex̃ de acc.& Spec.in ti.
de inqsitio.§.viso igitur.ver.sup ꝓbõne aũt vbi ponit verba In-
no.ad lrã:adeo ꝙ si testis neminẽ noĩaret;sed diceret se nõ recor
dari,eius testimoniũ nõ valeret:sed dẽt testis noĩare aliquem, &
postea dicere se audiuisse à plurib.aliis,de quib.dicit se nõ recor-
dari.nã ñ dẽt de his oĩb.recordari, cũ memoria hoĩũ sit labilis.l.
24 peregre,& ibi no.in prin.s̃.de acq.poss.Sed qd † si testes diuersi
dixerunt se à diuersis hoc sciuisse:quia vnus noĩat aliquos, alter
noĩat alios. Vel quid si ipsi diuersificant in loco : quia vnus dicit
se audiuisse in platea,alius in burgo?Vel quid si diuersificãt in tẽ-
pore:quia vnus audiuit tali die,ali⁹ dicit de alia die? Rñdeo pro-
pter hoc ñ vitiat̃ ꝓbõ.l.ob carmẽ.ĩ fi.& qđ ibi no.s̃.đ testi.& Inn.
h & Spe.hoc tenet in locis.s̃.all.¶Quæro vtrũ h possit† fama ꝓba
25 ri negatiue.vt puta Titiũ nõ fecisse?Rñdeo sic, nec dicor ꝓbare
negatiuã,sed affirmatiuam,ꝙ publica vox, & fama est Titium ñ
26 fecisse,d.l.arbiter.s̃.de proba.Quid ergo† si est probata fama ab
i vna pte affirmatiue,& ab alia pte negatiue? i Rñd.stat̃ testibus di
gniorib.Vel si testes eẽnt æquales,stat̃ illi probõni, seu illi famę,
q̃ ꝓcessit ex verisil'iorib p̃sũptiõib.ar.s̃. de test.l.ob carmẽ.ĩ fi. cũ
sua gl.& qđ no.p Spe.& Inn.ĩ p̃all locis,& ĩ ti.de no.cri.§.fama.&
27 qđ no.ex̃ de spõsa.c.cũ in tua.¶†Sed q̃ro,p̃dicta ꝓcedunt, qñ ꝓ
bata est fama eiusdẽ loci,& tpis.Quid si ꝓbata est fama ab vna p-
te commissi maleficij vno tpe,ab alia parte ẽ ꝓbata fama ĩnocẽ-
k tiæ alio tpe,q̃ p̃ualebit?Rñ.fama est ex opinione, k vt s̃.dcm̃ est:
sed opi.põt mutari,& p̃ualet vltima;vt s̃.de dã.infe.l. qui bona.§. si
quis stipulaturus.ita hic p̃ualebit fama vltima & est casus s̃. quis.
28 ordo in bo.pos.serue.l.2.circa prin.¶†Quæro,quid si ꝓbata est
fama ↄ̃ria diuersorũ locorum:vtputa,ĩ castro comitat⁹, vbi ↄmis
sum est maleficiũ,est fama ꝙ sic:in ciuitate ista est fama,ꝙ nõ;cui
stabitur magis?Rñdeo,dẽmus.n.ĩspicere qualitatem testiũ,& de
bemus inspicere cãs,ex qb.fama ꝓcedit,vt sciamus, quib.sit ma-
gis credẽdum:als si oĩa essent æqualia,putarẽ,ꝙ istæ ꝓbõnes sibi
inuicẽ derogarent,& neutri adhiberet̃ fides , d.l. ob carmẽ.in fi.
l & C.de fi.inst.l.scripturæ.facit extra đ prob.c licet.¶Quæro, l qd
29 si testis† interrogatus est super articulis, & super quibusdam est
testificat⁹,sup qbusdã dixit se nihil scire, sup vltĩo articulo de fa
ma dixit,ꝙ erat publica vox,& fama:vtrũ referat̃ ad ea,đ qb.dixit
30 se nihil scire?dic vt no.in d.ti.de noto.cri.§.famæ.ver.fi.¶†Vltĩo
m princ.pl'r q̃ro,qs sit effectus famæ.m De hoc hẽm⁹ gl.varias: q̃dã
vident̃ dicere,ꝙ fama faciat plenam fidẽ,vt no.s̃.de neg.gest.l atq
nã.§ cum me.& C.de prob.l.4.& de iu.do.l.vbi adhuc.alibi gl.vi-
detur velle,quòd facit semiplenam probationem,d.l. 3. §. eiusdẽ
quoque principis ff.de testi.& l.admonendi.s̃.de iureiurã. & l.in
bonæ fidei.C.de iureiuran.& extra de app.c.j.& facit quod no.in l.ij.

ADDITIONES

a Alex.¶Quæro quid.Si testis dicat,ꝙ audiuit illud.intellige à maiori parte eorum qui potuerunt intelligere,& cognoscere vt dicit d.Ant.de butri. in c. quod per nouale.de ver.sig.refert tñ bald. in l.j.C.de test.ꝙ si vnus testis deponit famã esse in vna pte ciuitatis,alius in alia,ꝙ nõ ẽ probata fama, & dicit Abb.in c.l3 ex quadã.de testib.quòd testes debẽt dicere se illud credere. Ita dicit per illũ tex.vbi đt,ꝙ ẽt dẽt dicere,ꝙ nõ audiuit ab vno, sed à pluribus,& quidem nõ suspectis,nec malę famæ.vbi oĩno vide,quid si testis dicat ꝙ audiuit dici à maiori parte pópuli,nec dixit illius ciuitatis.Idẽ not. tenet Bart.in l.3.§.eiusdẽ.s̃.de testi.sed cõtrariũ tenet Bal.in c.præterea.de testi.qa dicit,ꝙ dictum testis debet intelligi ſm subiectãm materiã,quod vr̃ contra in c.in pñtia.de prob.¶Adde,fama qualiter probetur, & vnde oriri debeat, Alex.consi.70.3.lib.

b Poma.¶Parte populi.Vide de hoc etiã Alex.consi.7.vol.3.in fi.vbi ponit ꝙ si esset dictum,quòd fama vigebat inter claros,&c.Et quid si testis nesciat dicere,quid sit fama.

c Poma.¶De prob.c.in præsentia.Vbi vide Fel.&vide etiam Alex.in l.j. col.j. C.de testi.& ibi Ias.in 2.& 3.no.& Alex.cons.70.vol.3.vbi ponit, quid si testis dixisset,quod audiuit à multis,vel publicè dici.

d Alexã.¶Sed quid.Adde Bar.in l.3.§.eiusdẽ.s̃.de testi.& in l.Labeo.de sup.leg. sed contra,tenuit Bal.in d.c.præterea.de testib.& in l.testium.in fi.C.de test. & in l.hr̃des palã.in prin.de testam.& vide ẽt Sal.in l.ea q.dẽ.in repe.C.de accu.& ibi Ang.& vide Ang.in l.2.C.ad Mac.licet Bald.in l.de quib.de legib.videatur sequi Bar.& Car.in d.c.cãm q̃.de test.Imo.& Anto.de But.in d.c.cum oporteat.de accu.& disputat plenè pro & contra Tancre.in sua compendio sa.q.x.& finaliter cõcludit idẽ,quod Dy.& vide Bal.in addi.Spe.in tit.de sen.prola.vbi vr̃ tenere cũ Bar.cũ quo simpliciter transit Floria.in l. si arbiter.s̃. de proba.& cũ Bar.in d.l.Labeo.& in l.3.in fi.de testi. & Imo.in c.cum oporteat.de accu.In contrariũ cõsuluit do.Gul.de Cremo.in suo quodam cõs.in ci.in Dei noĩe.in q.p̃dicta.& illud consiliũ subscripserunt Sal.& d.Fl.& multi alij,& dicit,quod Bal.dicebat & nõ refert vbi,ꝙ si adducantur decem testes,vel plures super fama,seu ẽt infamia,quòd fiet probõ sufficiens, ẽt si nõ sufficiens cã reddatur, licet alias si essent numero pauciores, exigerentur rõnes,& cãæ sufficientes.Et pro hoc ſm eum facit,quia tot faciunt populũ, iuxta no.in c.j.de ele.& Bar.in l.ptor.in prin.vi bo.rap.& sic ex tanto numero sermo publicus,& popularis hr̃,Pro hoc dicto alle.not.in l.3. §.eiusdẽ.s̃.de test.cũ gl.j.vbi vide,ꝙ numerus supplet fidẽ.Et ad istud adde no.Bal.in auth. quod locum.C.de coll.in fi.

e Alex.¶Vnus homo.Pro ista opposi.adducitur tex.in l.j. C. de his qui per me. iudi,non ap.iuncto c.fi.de app.vbi accipitur ibi publicè,corã bonis viris,& honestis,nõ autẽ publicè corã populo.i.tñ Sal.reprehẽdit Bar.in l.ea quidẽ. C.de acc.vide Roma.in l.de pupillo.§.si quis riuos.de ope.nou.nun.

f Alexã.¶Quæro,si testis.Qñ testis interrogatur,à quibus audiuisti,&c.adde Sal.ad idẽ,in l.3.§.eiusdẽ.s̃.de test.& Bar.in l.diffamari.circa prin.C.de ingemanu.& hic,dũ dicit,testẽ dẽre deponere à quibus audiuit,&c.Sal.in l.ea q.dem.C.de accu.dicit,ꝙ si testis nõ est interrogatus à quibus audiuit, sufficit ꝙ dicat,à maiori parte populi,& ille contra quẽ debet probare,p̃fertur, qa hæc fama p̃fert̃ inter nobiles personas.Pro quo vide qđ dixi in d.§.eiusdem.

g Ale.¶Dicit ꝙ sic. Vr̃ inferri quòd testis debet interrogari à quibus audiuit. Aduerte,quia Inn.in c.cũ oporteat.de accu.dicit,quòd interrogatus dẽt rñdere.als nõ ꝓbat,qa nõ stat in arbitrio testis iudicare,an illæ psonæ sint graues,& bonæ,vel fide dignæ.Et istud t3 ibi Io.And idẽ sequitur d.Ant.ibi,dicẽs ita seruari.Ita ẽt sequitur Abb.in ca.cũ cãm.de testib.& Ang.in l.ea quidem. C.de accu.Et põt rõ assignari;quia testis debet deponere ea quæ sunt perceptibilia intellectu etiã nõ interrogatus c.cum cãm.de testi.vbi per Inn. & p Bar.in l.solam.C.de testi.& ibi latius no.Bal.Sed ꝙ aliqs sit vir grauis, & fide dignus percipitur intellectu.ergo,&c.Et istam partem dicit Ant.in d.l.ea q.dem.tenere, & sentire Bar.& idem dicit Imo.in d.c.cum oporteat. Et ad idẽ alle.Inn.in c.qualiter.ij.de acc.vbi dr̃,quòd aliqs dẽt interrogari.Idẽ t3 Spe. in tit.de inquisi.§.viso.vbi alle.Inn.in d.c.qualiter.idẽ Sal.in d.l.ea quidem.in 7.seu 8.q.& Imol.in d.c.cum oporteat.vbi sequitur Inn.Adde Bar.in tract.testimoniorum,capit.Testis dicit aliquẽ esse dñm,& cãm,&c.ver.quędã sunt, quæ non solo,&c.vbi de iis quæ discursu aliquo,vel modico intellectu, vel magno discursu percipi possunt, disputat.Contra Inno.etiam consuluit Io. Cal.in suis consiliis,in cõsi quodã,sub ti.de testi.Aliqui Mod.sequunt̃ Inno. in d.c.cum oporteat.& in l.j.in prin.de ope.no.nun.& allegant Bal.in l.quid ergo,§.quæsitum.de infa.qui re vera hoc ibi non dicit,si bene consideretur.

h Alex.¶Quæro vtrum.Vide Bal.in l.j.C.de testib.& vide Bar.in l.in summa.§. Labeo.in fi.verbis,de aqua plu.arc.Bar.tñ ĩ l.si cõstãte.in j.q.j.partis,s̃.so.ma.dicit,ꝙ notorium nõ põt esse super facto negatiuo,vide bal.in l.ea quidem, C.de acc.Quid si probatur in specie mala fama,in specie de adulterio,in cõtrarium probatur bona fama in genere.vide bal.in d.l.ea quidem.in ver.tertio quæritur.an aliquis.& in ver.seq.& ibi etiam quæritur,an vigore statuti fama in maleficiis habeatur pro plena probatione,& si probatur maleficiũ per famam,& reus ꝓbat cõtrariũ per famã,q̃ probatio p̃fert̃.& an fama ꝓbetur per cõtrariã famam.vide Bal.plene per illũ tex.in l.j.C.ex deli. defun. Et ad materiam Bal.in l.q accusare.C.de edẽ.& Bal.in l.si tutor.C. de pi.tut.

i Poma ¶Negatiue. Vide aliquid per Ro.cõs.241.& vide Alex.consi.62. vbi loquitur,quando in genere possit esse probatum,quod quis erat bonæ famæ, sed qñ ĩ spẽ,cõtrariũ.& viđ ad hæc Fel.ĩ c.cũ cõtingat.de resc.& q̃ ibi posui. & Ro.consi.67.in fine.vbi ponit,an pauciores testes deponentes de infamia præferantur deponentibus de bona fama.

k Ale.¶Ex opinione.Vide Bal.per illum tex.in l.si mater.C.ne de sta.defun. Et quid si concurrunt in eodem tempore duæ famæ contrariæ,adde Bald.in l.j. C.de test.in 6.q.& quod no.Bal.in l.j.in 6.q.C.de epis.& cle.

l Alex ¶Quæro.Vide aliquid per Abb.in d.c.cum in tua.in fi, de testibus.

m Alex.¶Sit effectus famæ.Dixi in l.Celsus.ad fi.de vsuc.& quod no.Imo. in c. fraternitatis.de testib.& vide omnino Io.And.in Spec.de testib.§.nunc videndũ.ver.illud ãt.per d.Ant.in c.cũ cãm.de testi.& qđ no.Bald.in l.si defensor §.qui interrogatus.de interrog. act.& bal.in add.Spe.in ti.de sentẽ. prola.

a l.2.in prin.s.de excu.tuto.& quod ibi no.per Dy.a Alii videntur di
cere,ꝙ fama nullo mõ probet, ſed probationes iam factas confir
mat,vnde ſi ex vtraque parte eſſent probationes æquales,&-alte
ra pars haberet plus,famam illam vinceret,d.l.3.§.eiuſdem quoq;
principis,ibi conſentiens fama confirmat,& iõ dñt iſti,ꝙ vnus te-
ſtis,& fama nõ faciũt plenã ꝓbõnẽ: qa fama hẽt ɔfirmare ꝓbõnẽ
iam factam, ſed dictum vnius teſtis nõ eſt ꝓbatio,iõ nõ pt a fama
confirmari.Hoc tenebat Iacob.de Are.& And. de Piſis,& Iac.Bu.
idem,præterquam in cauſis breuiorib.vt argu.C.de ſen. ex breui.
reci.auth.niſi breuiores.Sed Dy.in d.l.excuſantur.in prin.s.de ex-
cu.tut.vr̃ dicere, ꝙ fama cum vno teſte facit plenam probõnẽ in
b ciuilibus,non in criminalibus,in qb.reqruntur probationes luce
clariores.Hoc idem tenet Cy.in l.fi.C.eo.& idem vr̃ tenere in l.4.
C.de proba.Mihi autem videtur dicendum.Quædam ſunt,in qui-
bus ſufficit ſic eſſe famam,licet in veritate ſic non ſit, tunc ſufficit
probatio famæ.l.Barbarius.s.de offi.præto. l.j.C.de teſt.& l.ſi arbi
ter.C.de ſen.Nam in dictis legib.non requiritur veritas,ſed ſufficit
fama,ꝙ ſic reputabatur.Ad idem s.ad Macedo.l.3.quandoque re
quirit probatio veritatis,ꝙ ita ſit.& tunc q̃dam ſunt, in quib.ipſa
fama,ſeu communis opinio veritatem,facit,& inducit,& tunc ſuf
ficit,ꝓbõ famæ.l.j.§.j.s.de flu.& facit l.Labeo.s.de ſupel.leg.& l.cũ
de lanionis.§.aſinam.s.de fun.inſtr.cum ſi.Quædam ſunt,in quib.
ipſa fama,ſeu communis opinio non inducit veritatem. Ex hoc
dico,ꝙ ſi qdem eſt fama probata ſolum in voce populi,nõ ꝓbata
aliqua præſumptione,ex qua dicta opinio, & fama originem tra-
c xerit,dico,quòd iſta ñ probat,ſed dr̃ magis vana vox c populi, quę
non eſt exaudienda.l.decurionum.C.de pœnis. Sed licèt nõ pro-
bet, tamen coadiuuaret probationem iam factam. l. 3. §. eiuſ-
dem quoque.in princ. ſupra de teſtib. Si vero iſta fama eſſet pro-
bata,q̃ trahit originem ex aliqbus p̃ſumptionib.legitimis p̃ceden-
tibus,tunc dico,ꝙ in qbuſdã caſib.facit plenã probationẽ,vt puta
in cauſis breuiorib.d vel modici præiudicij. Ita intelligo gl.in l.vbi
adhuc.C.de iure do.vbi ſufficit probatio famæ,qa eſt cauſa modi-
ci præiudicij,vt plene dico in l.ſi conſtante.in prin.s.ſo.ma.in j.&
ſecunda & 3.q.Item dico,ꝙ quandoque habet effectum,ꝙ tranſ-
fert onus probandi in aliam partem,vt in caſibus, in quibus com-
munis opinio,ſeu fama,conſtituit aliquem in poſſeſſionem alicu
ius qualitatis,vt libertatis, vel ſeruitutis, & ſimilium. l.ſi mater.C.
ne de ſtatu defunc.& l.2.C.ſi ſeruus,aut liber ad decu.aſpira.lib.x.
Vel aliter,iſta fama non facit plenam probationem,ſed an faciat
ſemiplenam,ita quòd probet cum vno teſte,dico,quòd debemus
cõſiderare illa indicia,& illas præſumptiones,ex quibus fama tra-
xit originem, qualiter vrgeant, & ſecundum qualitatem illo-
rum dicam iſtam famam facere ſemiplenam probationem, vel
non facere.Ita debet intelligi gl.ſuper verb.legitimis.in l.excuſan
tur.in fi.princ.de exc.tut.& d.l.3.§.eiuſdem quoque.s.de teſti.Et ex
hoc etiam habes perpendere, vtrùm fama ſit ſufficiens. indicium
31 ad torturam,vel non.¶†Quæro ſtatutum e huius ciuitatis in qui-
e buſdam caſibus dicit,quòd ſufficiat probare maleficium per pu-
blicam famam, qualiter intelligam de publica fama? Reſpondeo,
intelligam de fama, quæ traxit originem ex probabilibus cauſis,
quæ inducunt populum ad ſic credendum,& dicendum:aliàs nõ
eſſet fama,ſed magis vana vox populi,quæ non debet exaudiri,d.
l.decurionum.C.de poe. & ideo iudex ſit cautus. nam non credo,
quòd ſufficiat probare famam ſimpliciter.Nam debet intelligi de
32 fama legitima.¶†Vlt.quæro,f an ſit dr̃ia inter famam ſimplicem
f & publicam,& ſuſpicione.Tho.de Piperat.dicit quod non: quia
eo ipſo quòd dico,famam,intelligitur de fama publica,aliàs non
eſſet fama,vt patet ex diffinitione famæ,quam s.dedi.ſecus in cõ-
muni opinione,& in ɔmuni æſtimatione,quæ poteſt diuidi in pu
blicam & priuatam,vt s.dixi.

ADDITIONES.

a Alex.¶No.per Dy.Dicit Bal.& Imol.in l.is poteſt.de acq. hæred. quòd mala fama eſt ſufficiens ad inquirendum, & ſi ſuperuenit fama contraria non tollit inquiſitionem,ſi propter iſtam famam contrariam non poterat torqueri,de qua Bal.in l. ea quidem. C. de acc.& vide Spe.de noto.cri.§.fama.ver.fama,& de teſte,in §.reſtat. in ver. 25. creditur vni teſti.& dixi s.& per Bar.in l.admonendi.s.de iureiur.& vide Bal.de contro.inueſti.§.cum autem.vbi videtur velle,quòd vnus teſtis,& fama non faciant probationem, ſed præſumptionem.Et vide Bal.C.de teſti.in l.j.& in l.in bonæfidei.C.de re. cre. & iureiu.& in l.cunctos populos.& in l.2. in prin.s.de excu.tutor. & ibi etiam Dy. & vide in c.ex literis. de iureiur. Et adde qnod in factis antiquis ſufficit probatio per famam, ſecundum Bald.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccl & in l.conuenticula.C.de epiſco.& cle.& in d.l.cum ſuper.C.de rei ven.& dixi in §.præterea.vbi Mod.Inſti.de act.& Bal in l.4.C.de probat.& in d.l.in bonæfidei.C.de re.cred.& in l.exemplo. C.de proba. & do.Anto.clarius in c.veniens.de teſtib. & do.Ioan.in c.cum cauſam. de proba. poſt Archi.16.q.3.inter memoratos.& expreſſe Cy.& Bar.in l.ſi quidem.C.ſolu. matr. vbi ẽt tenet,quòd in factis de longinquo loco,& antiquis, ſufficit probare per famam, vt eſt gl. ſingul. in l. at qui natura.§. cum me abſente. s.de neg.geſt quam ita ponderat Ang. s.qui.mo.pig.vel hy.ſol.in l. Titius.& dicit,quòd ita de facto obtinuit,& ſic intelligitur glo.ſecundum eũ in l.ſiue poſſidetis.C. de proba. & ita dixi.& de effectu famæ, & de probatione famæ in criminalibus,vide Bar.in l.j.§.ijdem Cornelio.in fi.s.eodem.vide not.dicta per Bal.de effectu famæ.in l.proprietatis. C.de prob.qui dicit, quòd ſi vnus plene probauit per teſtes,& alter probauit per teſtes & famam rite obtinebit.Et de effectu famæ,vide per Bal.in addi.Spe.in tit.de ſen.prola.

b Poma.¶Probationem in ciuilibus Vide Pau.conſi.203.in 1.du.volu.2.& vide ad hæc Feli.in c.veniens.in ver.tertia concluſio,de teſtib.& Anan.conſ.59.& Alex.143.vol.2.vbi ponit etiam quid in cauſa criminali.& 66.vol.3.vbi loquitur in ciuilibus difficilibus in ꝓbatione.& 70.eodem vol.vbi dicit de hoc quòd requiritur,quòd habeat originem,&c. vide Math.no.ſuo j.

c Ale ¶Vana vox.Dicit tamen Bal.in l.prouidendum.C.de poſtu.ꝙ qualitas hominis ꝓbatur per famam,vt puta virtus in homine,& nobilitas,& alia ſimilia. Itẽ ſufficit fama ad impediendum matrimonium,c.ſuper eo,de conſan.& affi.quod bene no.Item ad ſuſpendendum infamatum de vno,niſi de vno ſe purgauerit.2.q.5.præsbyter. & ſola fama probat iudicem eſſe conſuetum torquere homines coram ſe conquerentes,ſecundum Bar.in l.de pupillo.§ ſi quis ipſe.de ope.no.nun.in 8.q.

d Ale ¶Cauſis breuiorib.Fama in cauſis breuiorib habet vim plenę probationis.Ex hoc dicto infertur recte intelligenti,ꝙ in ciuilib.probatio per vnum teſtem idoneum intelligitur de plena probatione,ita vt non ſit neceſſario deueniendum ad alias probationes, nec iuramenti delationem,& idem ſentit do.Ant.in c.veniens.de teſtib. & in c.j.de app, & vide Bar.in l.j.C.quo bo.Et an dicatur fama iſta facere probationem, & quomodo, vide Bal.& Imo.in l.fi.s.de hæredib.inſt & Bal.in l.iubemus. C.eo. & ibi etiam quid de notorio.vide in l.cum quidam.§.quod dicitur.de acq. hær. vbi latius dixi. Et vtrum fama ſit ſufficiens indicium ad torturam & cum Bar.tranſit Abb.Sicu.in c.j.de depoſito. & dicit Bal.in l.3.per glo.ibi.C.de adu. quòd vbi teſtes præſumuntur ſcire veritatem,& eam non dicunt poſſunt torqueri:vt ibi per eũ,quod eſt no.Et dicit Cy.in l.fi. C.eo.tit. de quæſtio ꝙ fama nõ eſt ſufficiens indicium,niſi coadiuuetur alia coniectura, vel indicio,& vide Bar.in trac de qõ.& j.eo.l.fi.& qđ ibi dixi in apoſt.magna,& Bar.in l.j.§ ijdem Cornelio.s.e.vbi vide,& Imo,ponit in l.fi.s.de hæred.inſt.& Bal.in l. milites.C.de qõ.& ibi etiam quid de notorio.

e Ale.¶Quęro.ſtatutum.Adde Bal.in l.proprietatis.C.de prob. & An. de But. in d c.veniens.de teſtib.j.& ex dictis nota, ꝙ non ſufficit probare famam ſimpliciter. Ad quod vide not.per Doc.in l.fi.C.eo.& in l.cum quidam.§.quod dicitur.de acq.hære.& Sali.in d.l.ea quidem.C.de accuſ.Bal.Ang.& Sal.in d l.ea quidem,in x.q.tenent ꝙ ſi teſtis interrogetur ſuper fama:quare ſic opinatur,de eo,ꝙ ſic opinatur,non tenetur reſpõdere,per ea quæ habẽtur in l.ſolam.C.de teſt.Adde quæ no.Bal.in l.diffamari,circa prin.C.de ingenu.manu.& adde Bar.& Sal.in l.decurionum.C.de pœnis.& ibi Bal.& cum Bar.tranſit Bal.in d.l.proprietatis.C.de proba.ſed Bal.in l.vbi adhuc.C.de iur.do.in ver.quærit. gl.ſimpliciter videtur dicere ꝙ non ſit neceſſe interrogari vnde,vel ex qua cauſa habuit ortum.Ad quod videtur concordare Sal.in d.l.ea quidem,in x.q.quem retuli.& vide Sal. in d.l.proprietatis.in fi.Adde ꝙ fama non probat aliquem crimino ſum eſſe: quia maior eſt probatio indiciorum,quam famæ,iuxta no.per Imo.in c.ſicut. de ſimo.& Bal.in l.cunctos populos.& ibi aliqua vide de materia.C.de ſum.trinit.

f Alc.Vlt.quæro.Appellatione famæ intelligitur de vltima.& publica,quæ trahit originẽ ex probabilib.cauſis,ſecundum Bal.in d.l.proprietatis & d.An.in d c. veniens j.de teſt.

§.In cauſis. Op.de l.quicunque.§.fi.& l.cum ſeruum.C.de ſer.fug. Huius timore dicit gl.ꝙ controuerſia ſit quatuor modis,vide gl.hic,in verb.requiri.

LEX XI.

Etiam. De intellectu huius legis vidiſtis s.eo.l.diuus. in fi.& videbitis.j.eo.l.vnius.§.ſeruus.

LEX XII.

Si quis. De intellectu huius legis,dic vt s.eod.l.j.§.ſi quis dicatur.

LEX XIII.

Certo. Dic de hoc plene in leg.ſi poſtulauerit,s. de adulter.

LEX XIIII.

Statuliber. Op.de l.ſtatuliber à cæteris, in prin. s.de ſtatuli. Sol.vt plene dicam de intellectu huius legis. j.ti.j.l.j.

LEX XV.

1 *Liber homo productus in teſtem,an poſſit torqueri.*

Ex libero. Hæc eſt bona lex. No. quòd quando liber ho-
mo non vacillat,non poteſt torqueri, aliàs ſe-
cus.Quæro vtrum hoc habeat locum in cauſa ciuili? Gloſſ. dicit
1 quòd ſic.l.diuus,primò reſpon.ſupra eod.†Pro huius declaratio-
a ne q̃ro,an libera homo productus teſtis,poſſit torqueri?Circa hoc
debetis

ADDITIO.

a Ale.¶Quęro an liber. Quæ perſonę,& quando poſſint torqueri,ſi ſint inductę in teſtes adde glo.& ibi no.in l.nullum.C.de infa.& adde ad intellectum, quod in ſubſidium qõnis,quando haberi non poſſunt teſtes integri ſeu habiles,admittuntur teſtes nõ idonei, ne veritas occultetur,ſiue cauſa eſt criminalis,ſiue ciuilis ex crimine, vel ex contractu, aut quaſi,vt probatur in l.diuus.s.eo.iũcta authen.ſi teſtis productus dicatur.C.de teſt. & in c.forus.de verbo.ſign.Idem probatur in l.conſenſu.§.virum etiam.& §.ſeq.C.de repu.et in d.c.veniens,j.et in c.cum I.et A. de re iud.et in l.fi. et ibi no.C.de teſti.Hoc tamen debet intelligi,niſi teſtes idonei nõ eſſent ex defectu famæ,vel ſtatus: vt quia ſunt crimino ſi,vel infames de iure,vel de facto ſerui?quia nõ debent tunc admitti ſine tormentis,l.ob carmẽ.§ fi.de teſti.§.canonizata 4.q.3.§.item in criminali.ver.ſi autem rei. et in c.cum P.de acc.et idem tenet Io.An.in c.cum in contemplatione,de re.iu.hic alle. in antiquis.licet Bar. videatur tenere contrarium,ſ.ꝙ in cauſa ciuili non erunt torquendi liberi homines producti in teſtes,ẽt viles vel infames:ſecus autem quãdo non ſunt idonei alio reſpectu,quam ratione infamię,vel criminis,vel ſtatus:quia licet admittãtur in ſubſidium,admittuntur tamen ſine tortura,vt no.in d.l.conſenſu.§. ſuper plagis.et d.c.veniens.Pro hoc ẽt facit ratio c.cum dilecti.de elec.et in c.euidens.qui mat.acc.poſ.et hoc videtur de mẽte do.An.in c.ſuper.et in c.cũ à nobis.de teſt.licet Inn.ſenſerit cõtrarium in c.ex literis.de tran.vbi ſenſit ꝙ aduocatus admittitur in ſubſidium in teſtem prò clientulo,ſed debet torqueri.et adde quod no.Bar.in l.j.§.iidẽ Cornelio.s.eo.Vide quæ no.Imo.in d.l.ſi quis poſt.de teſt.et quod dixi in l.in qõnib.ad leg. Iul. ma. de forma autem torquendi teſtes vide j.e.l.vnius.§.teſtes torquendi.vbi per Bar.et per Bal.in l.data opera.verſi.et no.vbi teſtes torquentur.C.qui acc.vbi đt ꝙ ſufficit torquere duos vel tres teſtes factum ſcientes,quia tortura eſt refrenanda, De materia plene per Pau. de Leaz.in commento c.grauis.de depoſito.vbi late per eum quis poſſit torqueri.Et qđ in clericis,adde quod dicit notab.Bar.hic,& vide eundem in l.j.in prin.s.e.et gl. no. 15. q.5.c.præsby.et c.fi.Bal.C.e.l.iudices.

Debetis scire, Quidam sunt liberi homines positi in dignitate clericali, & isti non põt torqueri, sed aliàs de falso puniuntur. l. pbyteri. C. de epi. & cleric. Quidam sunt alij positi in alia dignitate, vel nobilitate, vel officio seculari, & isti possunt torqueri pro testimonio in vno casu tñ. s. si vacillant, & sic aures iudicis offendunt. l. nullum in prin. C. de testi. Quidam sunt alij testes in dignitate nõ positi, & tunc si quidem sunt diuites, & bonæ opinionis, non põt torqueri, nisi in duobus casibus. Primus est, si vacillãt, vt hic. Scd̃s, si conuincuntur de mendacio, eo ipso, ꝙ asserãt se non interfuisse negotio, & ab aliis conuincuntur ꝙ interfuerunt. l. vnius. §. testes. ĩ. e. Quidam sunt liberi hoĩes viles, vt artifices faciẽtes viles artes, obscuri, & ignoti forsan. & isti fm̃. quosdam nunquam admittuntur, nisi cum tormentis. vt ĩ auth. de testi. §. si vero ignoti. & §. si vero nõ hmõi, &c. & ibi gl. quod videt̃ tenere Azo in summa auth. Mihi vr̃, ꝙ hoc nõ sit benè dictũ per l. diuus. §. fi. s̃. eo. vbi deportatus in insulam, & ẽt statuliber, non torquet̃, sicut alij liberi hoĩes, & ꝯstat illos esse viles, & obscuros. Præterea tex. in d. §. si vero ignoti, ad hoc vt torqueant̃, requirit duo, ꝙ sint viles & ignoti: item ꝙ tentent corrumpere veritatem, & tũc põt torqueri: & iõ dico ꝙ isti viles hoĩes admittunt̃ ad testimonium sine tortura, nõ tñ adhibet eis tãtã fides, sicut aliis. l. 2. & 3. s̃. de testi. possunt tñ torqueri in casibus. Primò, si vacillant vt hic, & d. §. si vero ignoti. Secundò, si ꝯuincantur de mendacio. l. vnius. §. testes. ĩ. eo. Tertiò, qñ sponte vadunt ad dicendum testimonium, d. §. si vero ignoti. in verbo festinantes. & probatur v. q. v. can. illi qui.

1 *Minor non torquetur ad aliquem condemnandum, sed vt ex eius dicto sumatur indicium, & veritas inquiratur.*

1 §. De minore. Op. s̃. ad Sil. in l. j. §. impuberi. So. Minor ñ põt torqueri, vt ex eius dicto aliqs ꝯdemnet̃, vt hic: sed vt ex eius dicto sumatur indiciũ pp qd̃ veritas inqrat̃ benè põt torqueri. hoc est ferula, vel habena cędi, vt no. in l. talis in j. gl. C. de his qui. vt ind. & ad Senatu. Sill. d. l. j. §. impuberi autẽ.

LEX XVI.

1 *Testis reuersi dictum quando valeat.*

1 Repeti. Op. de l. vnius. §. ĩ. ĩ. eo. Sol. vt ibi dicam, & ibi apparebit intellectus huius legis. ¶ † Vlti inducit gl. hãc legem in arg. ad reuersionem testium, vide gl. j. q̃ ĩcipit, arg. ad reuersionẽ. de reuersione testis debes scire bř. Qñq; testis à iudice repe-

a titur, vt puta, vt dictum suum declaret, avel rõnẽ sui dicti reddat, &

b hoc põt iudex, b vt extra de testib. c. cum clamor. & not. in Auth de testi §. qa vero. in gl. ma. & arg. huius legis. Qñq; testis reuertitur suo motu, & tũc si reuertit̃ ĩꝯtinẽti, audit̃: secus si ex interuallo, vt no. d. §. qa vero. & cx̃ de testi. c. ꝑterea. & dixi vobis. s̃. de fal. l. cos.

ADDITIONES.

a Paris. ¶ Dictum suum declaret. Vide Ang. cõs. 296. Ex alia causa ẽt testes repetunt̃, vt per Ang. in trac. malefi. in ver. comparuerunt inquisiti.

b Alex. ¶ Potest iudex. An testis qui vult repeti, sit audiendus, vide Bar. in l. 4. §. hoc autem de dam. infe. in 3. q. Inquantum hæc lex inducitur, ꝙ testis cogitur declarare dicta sua, adde fortius ꝙ ẽt cogitur declarare declarationem dicti sui, secundum glo. no. 35. q. 9. c. graue. & not. Bar. in l. si quis intentionem. s̃ de iud. & l. inter stipulantem. in prin. de ver. obl. & dum Bar. hic dicit de teste, qui proprio motu reuertitur, vide gl. quæ nõ est alibi, in auth. de teste. §. quia vero. quod apertis probationibus non possunt testes repeti. Et ipsam alle hic Bart. vide de hoc in c. cum Ioannes. in gl. no. de fi. instr. Et vide quod dicit Bar. in l. veluti. ff. de eden. Quando testes repetuntur, an debeant iterum iurare, Bal. ꝙ non, in d. l. hæredes palam, §. si quid. in fi ff. de testa. In cõtrarium videtur casus in l. q. bona, in §. si quis stipulaturus. s̃. de dam. infec. Ad hoc vltimum vide quod dixi in l. per hanc. C de temp. ap. vide in Spe. de inquisi. § nunc vero. ver. sed nunquid publicat̃. Et ante publicationem, an possint testes induci, dicit Spe. quòd nõ, nisi ex cã, vt si nõ fuit primo examinatus, vel si nõ fuerit de omnibus recordatus, aliàs tanquam suspectus repellitur, in ti. de test. §. satis vtiliter. vers. sed nunquid ante publicationem. & vide quæ dixi in auth. at qui semel. C. de proba His adde etiam Spec. in ti. de inquisi. §. nunc vero. ver. sed nunquid publicatis, &c. Item repetuntur de nouo testes, si acta & attestationes sint peremptæ, vt in d. c. fi. de prob. cum materia & Bal. in l. veluti. ff. de edẽ. & per Bar. & Sali. in d. auth. at qui semel. Et de materia repetitionis istius, vide quæ no. Ian. in c. tuas. de testi. Et an testis possit repeti, vt reddat rationem dicti sui, vide Bal. in d. authen. at qui semel. C. de prob. & ibi plene per eum de hac repetitione. Repetuntur etiam testes si redarguãtur de falso, sicuti instrumenta, l. fi. & ibi vide Bal. in fi. C. de fi. instr. & dicit Bal. in l. fi. de re iu. ꝙ si iudex nõ plene interrogauit testem, fit repetitio, & hoc iudex potest ex officio secundum Bar. in d. l. 4. §. hoc autem. in 3. q. de dam infect.

1 *Reus quando de sociis possit interrogari.*

1 a §. Is qui. Op. de l. prius. s̃. ad Silla. gl. dicit, † ꝙ hæc est regula, ꝙ ñ debet de aliis interrogari, a qui de se ꝯfitetur, vt hic & l. fi. C. de acc. & fallit in casib. qui ponuntur in d. l. vlt. C. de accu. & fallit ĩ d. l. prius. s̃. ad Silla. Sed istud dicere fallit, ẽ leue. Sed mihi vr̃, ꝙ debeamus dicere sic. Quædam sunt delicta, quæ nõ committuntur principal̃r in offensam alicuius, seu odium, sed pp commodum committentiũ, vt falsare monetã, seu fabricare falsam monetã. Itẽ latrocinia facere: nã latrones nõ odiũt aliquẽ, sed diligunt æs alterius, & isto casu põt interrogari de sociis, vt probatur in l. diuus. s̃. de cust. reo. & l. prouinciarum. C. de fer. & l. fi. C. de male. &

b mat. b Ita intelligo l. qui vltimo. ĩ. ti. j. & ita intelligo l. fi. s̃. ad exhib. Quædam sunt delicta q̃ ꝯmittunt̃ princip̃l̃r in alterius iniuriã, & odium, & in istis ꝯfessus de se nõ dẽt interrogari de aliis, vt hic, &

c l. fi. C. de acc. Fallit in casu dicti l. prius. s̃ ad Sill. Ex ꝑdictis dico, c ꝙ fures possunt interrogari de sociis, & de receptatoribus & filĩbus, arg. d. l. diuus. s̃. de cust. reo. Ratio prædictorũ est, qñ cõmittit̃ delictum in alicuius iniuriã, q alios delinquentes põt accusare: sed ñ est ita in delictis, q̃ ñ ꝯmittuntur principal̃r in alterius iniuriam, iõ magis permittitur iudici inquirere.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ De aliis interrogari. An quis sit interrogandus de sociis, vide etiam Ang. in l. si filium. in fi. gl. magnæ. C. de lib. causa. Et quis possit interrogari de sociis, adde tex. & quæ ibi hñr in c. j. de cõfes. vide s̃. e. l. j. §. qõnẽ. & §. qõni. Et facit, an vnus ex delinquẽtibus possit contra alium testificari, de quo in Spe. de teste. §. j. ver. quid si quatuor. & qd̃ no. C. de acc. l. j. & per do. Io. de Imo. in c. significasti. de homici. Adde quod dicit Bar. in l. 2. §. pe. de iure fisci; quòd quis potest retineri, vt manifestet socios, vel mãdatores, vel aliud, quid faciat, quòd esset iusta causa carcerandi, & Ang. no. in l. & si certus. ff. ad Sill. vide quod dixit Spe. in ti. de inquisitione. §. 2. & dicit Sali. in l. ea quidem. C. de acc ver. sed quia propter denunciantes, quod licet dicto socij nõ credatur. l. fi. C. de accu. tamen dictum est solum sufficiens ad inquirendum. l. j. §. si quis vltro. s̃. eo. & vide gl. no. in l. fi. C. de acc & an faciant indicium, vt possint testificari socij criminis, no. gl. in l. si filium. C. de liberali causa. & Bar. in l. j. §. si seruus. s̃. eo. & gl. in d. l. si filium, dicit, ꝙ nõ facit indicium, & Sali. in d. l. fi. C. de accu. aliter distinguit, & in alia materia: quia aut torquendus est seruus, & potest interrogari de sociis. l. quicunque. C. de ser. fug. & l. j. s̃. eo. Aut est summus in criminibus; quæ sine sociis regulariter nõ committuntur, vt in falsificatiõe monetæ, & in crimine læsæ maiestatis, & interrogari potest. l. prouinciam. C. de feriis. Item quando tendit ad salutem communem omnium. l. fi. C. de malefi. & mathe. ꝙ no. secundum eum. & ideo dicit ipse, ꝙ in casibus, in quibus potest interrogari de sociis, tunc bene loquitur Bar. hic. vnde videtur quòd socius præiudicet sociis, & probet, & indicium faciat. ad hoc faciunt no. in l. maritus. s̃. eo. in quæstione illa, an testis, qui nõ potest examinari, examinatus faciat indicium, De quo vide no. per Spec. in ti. de accu §. j. & vers. item repellitur, qui fuit de sociis. De materia per Cano. in c. j. de confes. & omnino vide quæ dixi in l. j. §. si seruus. s̃. de apostilla, vbi alle. Dy. in tract. de quæstionibus.

b Alex. De malef. & mathe. Ad hoc facit gl. & quod ibi Bal. in l. nõ iõ minus. C. de acc. ꝙ in assassinatu põt socius interrogari de socio. cuius doctrina Bar. doctrina hic non posset esse melior.

c Pom. ¶ Ex prædictis dico. Vide Ale. cõs. 127. in fi. vol. 4. & Rom. 154. in fi. & Arc. 61. & vide Ale. cõsi. 89. vol. 3. vbi ponit pulchre de hoc, an socius criminis possit interrogari, & quibus casibus, & quam fidem faciat, & hic in apostil.

LEX XVII.

1 *Coniuncta persona potest esse testis pro coniuncta contra aliam coniunctam.*

Extraneo. §. De quæstione. No. ꝙ seruus communis torquetur, ꝑ

a vno domino contra dominum. Facit ad q̃stionem, vtrũ aliqua ꝯ-

1 iuncta persona possit esse testis ꝑ persona sibi coniuncta, † cõtra aliam personam æquè sibi cõiunctam, & hic vr̃ ꝙ sic. l. hoc quod placet. C. eo. tit. & vr̃ tex. in l. non solum. §. j. s̃. de ritu nup. & in Spe. de teste. §. j.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Facit ad qõnem. De hac qõne vide no. per Doct. in c. postremo, de appel.

§. De seruo. Op. de l. j. §. itẽ Mummio. s̃. e. So. ibi desiit esse domini, delicto ipsius domini: hic delicto serui. Non sunt alia.

LEX XVIII.

1 *Testes post publicatas attestationes in causa criminali possunt examinari ad offensam, quod consuetudo non seruat.*

2 *Tortura potest repeti, quando iudici videtur.*

3 *Animus & corpus in tormentis dicitur durare, quando propter tormenta non confitetur, nec habet animum confitendi.*

Vnius facinoris. De hoc dic, vt in l. j. §. j s̃. eo. ti.

§. Reus. Hic est bonus § op. s̃. e. l. repeti. in prin. Sol. illa intel-l̃r fm istam, vt ita demum possint repeti tormenta, si de nouo superueniunt indicia euidentiora primis. Ita intelligũt hanc legem Iac. de Arc. & Cy. C. e. l. fi. in fi. & ita tenebat d. Ray. Se-

1 cundum hanc lecturam † habeo casum hic, ꝙ etiam post publicationẽ testium in causa criminali possunt recipi testes ad offensam, quod apparet. Nam primò præcedebãt indicia propter q̃ fuit tor-tus, illa indicia nõ poterant apparere, nisi publicatis testibus, cũ

a super illis indiciis debuit disputari, vt vidistis in l. custodias a. s̃. de publ. iud. cum de nouo superuenerunt indicia, ergo de nouo fuerunt testes examinati. Ad defensam nõ est dubium, ꝙ post publicationem testium testes possunt de nouo recipi, vt vidistis s̃. e. l. j. ĩ fi. & videbitis statim in §. cognitorum. ĩ. ea. l. licet ista lec. sit no. tamẽ

b consuetudo non obseruat, b immo quæstio c repetitur indistinctè,

c cum iudici vr̃: & ideo intelligo legem nostram alio modo, & ita practicatur

ADDITIONES.

a Ale. ¶ In l. custodias. quando dicantur noua indicia, dic, vt si superueniant probationes diuersi iudicij, non eiusdem, arg. eorum quæ habentur in l. per hanc, C. de tẽp. app. Et cũ Bar hic trãsit Sal. in l. 2. C de cust. reor. vbi videas. Et quid si reus est conuictus per varias probõnes, an possit à iudice torqueri ad hoc, vt cõfiteatur, an possit appellare? Bar. videtur tenere ꝙ sic, in l. j. C. de iura. calum. & ita dicit de fcõ nunc iudices seruare. Et sic innuit illo casu reum in tormentis repeti posse. contrarium videtur tenere Ange. in l. & si certus s̃ ad Si. & Ang. in suo trac. de qõ. vide Bal. in l. milites. C. e. plene per Io. An. in regula, cum in contemplatione, in antiquis, de re. iu. per Dy. in tract. de qõ. Adde, ꝙ si reus est confessus in tormentis, potest postea semper repeti in tormentis, sine indiciis nouis: quia illa confessio facit semiplenam probõnẽ. & in ea cogitur persistere secundum quod no. Bal. in d. l. in bonæ fidei. ver. itẽ quæro de confessione. C. de reb. cred. & iureiur. Et de ista materia ẽt vide Bar. in tract. de quæstio. & Pau. de Leaz in præallè. commento c. grauis. de deposito.

b ¶ Non obseruat. Vide Ia. de Bel. in tract. de quæstio.

c Bald. ¶ Immo quæstio. Vide Ang. in l. fi. C. eo. Sali. in l. 2 C. de cust. re.

2 practicatur. † Quandoque apparent contra reum indicia leuia non multum manifesta & multum vrgentia: tunc quod de eo non debet repeti. Quandoque contra reum apparent indicia manifesta, & euidentiora, & multum vrgentia: tunc si in prima tortura nil dicit, & stat durus, poterit iterum torqueri &
a repeti. vt hic; & l. repeti. s. eo. sed hoc quod hic dicitur, euidentiorib. argumentis expono, euidentiorib. argumentis, quam sint alia argumenta leuia, quæ consueuerunt apparere contra reos: sed secundum primam lecturam expone, euidentiorib. argumentis. s. quæ fuerunt prima ar. contra reum habita.
3 † Dicitur hic, maxime si in tormentis animus corpusque durauerit. quæro quando durat in tormentis animus, & corpus? Respondeo quando propter tormenta non habet animum
b confitendi, nec confitetur.[b] sed quando confitetur; & non perseuerat, tunc non durat animus & c. & tunc potest repeti in quæstione: quod apparet ex eo quod tex. dicit, maximè.

ADDITIONES.

a Clau. ¶ Repeti. Adde Alex. consi. 5. ver. posito etiam quòd alij testes, & c. vol. 1.
b Alex. ¶ Nec confitetur. Sed quid si quis nunquam confitetur per tormenta, & tamen iudex habet vehementia indicia contra eum, quid debet facere iudex talis: debebit ne eum absoluere? Vide Sal. in repe. l. ea quidem. C. de accu. & in l. si hi qui adulteri. C. de adul. & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. ma. qui dicit quod debet dari abolitio, hoc est circunduci processus, vel etiam absolui in prima instantia, quod tene pro notabili dicto. vnum tamen not. quod si testibus & probationib. conuinceretur, debet condemnari, licèt per tormenta non confiteretur. Casus est sing. in l. qui sententiam. C. de pœ. & ibi dixi post Bal.

§. In ea causa. Dicitur hic, quod non facile, & sic innuit, quod quandoque ad tormenta procedatur non præcedentib. indicijs: quod potest esse in casu l. prius. s. ad Sil. regulariter contra, vt hic, & s. eo. l. j. §. j.

1 *In indicijs, quæ requiruntur ad torquendum testem, an debeat adhiberi illa disputatio circa indicia quæ requiruntur ad torquendum reum.*

§. Testes. Dicitur hic, nisi cum facto interuenisse dicuntur. quæro, à quo istos testes debent dici interuenisse facto, vt sit locus torturæ? Respondeo debet dici ab alijs testib. vt j. l. proxi. Sed quæro, vtrum sufficiat dici ab vno tantum ex testib. puto quod sic, si ille vnus sit dignior isto, qui se interfuisse negabat: quoniam vnus testis facit sufficiens indicium
1 ad torturam, vt dicam j. eo. l. maritus. Secundò † quæro, vtrum in his indicijs, quæ requiruntur ad torquendum testem, debeat adhiberi illa disputatio circa indicia, quæ requiruntur ad torquendum reum, vt dixi in l. custodias. s. de pub. iud. Respondeo quædam veniunt examinanda pro tortura testis, quæ causam principalem, de qua agitur, non tangunt: vt puta, an sit seruus, vel liber. Item an sit vnus de litigatorib. an non: & ista indicia prius examinantur, & excutiuntur. l. j. §. si quis dicatur. s. eo ti: Quædam sunt indicia, quæ comprehenduntur ex dictis, quæ causam principalem tangunt, tunc
a circa illa non debet adhiberi[a] disputatio cum aduocatis, sed committitur iudici. Ita debet intelligi hic, & j. l. proxi. & in Auth. de testib. §. si vero ignoti. & C. de test. l. nullum. Non habetis hic alia.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Non debet adhiberi. No. bene quod quando torquentur testes, non seruatur forma l. custodias. s. de pub. iud.

1 *Domesticus alicuius, licèt desierit esse, an possit pro eo testificari.*

§. Seruus in caput eius. Facit in arg. quod ille qui fuit
1 domesticus † alicuius, non possit in causa eius esse testis, & examinari, licèt desierit esse domesticus. De hoc dic, vt dixi s. eo. l. j. §. si seruus.

1 *Iudex debet dare terminum ad faciendas defensiones.*
2 *Defensio valet facta sine termino.*
3 *Testes in criminali ad defensam etiam publicatis attestationibus, examinantur.*

a §. Cogniturum. [a] Iudex debet dare parti terminum ad fa-
1 ciendum suam defensionem, licèt possit
b fieri defensio sine terminis. h. d. † No. quod iudex[b] debet dare terminum[c] ad fa-
c ciendas defensiones, seu statuere diem ad audiendas allegationes.
2 Facit C. de iud. auth. iubemus. Secundò no. † quòd defensio valeat si
3 ne termino, vt hic, in ver. quamuis. Tertiò no. † ex eo, quod dicit, quo-
d cunque tempore quo ad defensam etiam post publicationem[d] possunt recipi testes, vt hic, & l. j. in fi. s. eo.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Cogniturum. Vide Bal. in l. in crimine. ff. de adult. & d. Car. in c. de causis. de test.
b ¶ Quod iudex. Vide Ang. in trac. malefi. ver. si iudex statuit terminum. in prin.
c Alex. ¶ Dare terminum. Adde l. 3. §. si ad diem. ff. de re mil. vide etiam Bar. & Imol. in d. l. custodias. § 1. s. de pub. iud. & Sal in l. 2. C. de custo. reo. & not. gl. in l. 1. § de furt. Bald. & Salic. in d. l. 2. C. de custo. reo. & ibi Bald. potest tamen iudex ex causa tollere, secundum Bal. in l. à procedente. C de dilat. quod omninò no. & vide Bar. in l. in crimine. s. de adul.
d Ale. ¶ Post publicationem. Eidem videtur sentire gl. in l. 2. C. de eden. & istum tex. alle. Bar. in l. si. in pe. q. j. eo. intellige si petatur. & vide Bal. in l. nouerint. C. vt intra cer. temp. Item potest ex causa iudex tollere, secundum Bal. in d. l. eum reis. C. de pœ. Et quid si est confessus, an audiatur reuocans, vide Bal. & Sal. in d. l. fi. C. de proba. in fi. vide Bal. in l. milites. C. eo. & s. ea. l. in prin.

LEX XIX.

Is cui. Ibi, nisi aliorum quæstionibus intelligo, quòd per alios de mendacio conuincatur, & dicatur interfuisse facto, vt dixi s. l. proxi. §. testes.

LEX XX.

1 *Dictum vnius testis idonei facit indicium ad torturam.*
2 *Indicia sequentia non confirmant torturam.*
3 *Testis examinatus, qui non debuit examinari, quando faciat indicium.*
4 *Iuramentum in supplementum probationis, an habeat locum in causis criminalibus, & quando aliud iuramentum, quod defertur à parte parti.*

a Maritus. Testis qui non debet examinari propter partis reuerentiam, examinatus non facit indicium, neque probat.[a] h. d. Not. tex. ibi, & testimonium vnius hominis, & c. Oppo. & videtur quòd debuit huic actori deferri iuramentum, qui habebat pro se vnum testem. l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & l. admonendi. s. de iureiu. So. hic maritus non poterat scire veritatem de negotio, quia agebat ex persona alterius, & ex eo quod erat factum eo absente, vt
* dicit gl. quod in se satis placet. * Alia est, quod hic loquitur in criminalibus: sed leges contrariæ in ciuilibus. hæc non placet, quo ad legem istam quia etiam hic loquitur in ciuilibus: sed an in criminalib. sit locus delationi iuramenti, vel non, dicam statim. Tertia solutio est, & ista est vera, quòd ex dicto vnius testis defertur iuramentum, quando testis est idoneus: sed filius liberti non est idoneus testis: quia potest reuocari in seruitutem. l. final. C. de libert. & eorum lib. & ideo ex eius dicto non potest deferri iuramentum.
1 ¶ † Secundò opp. & videtur quod dicto vnius testis stetur. l. non oës. §. à barbaris. j. de re mi. Sol. statur, vt faciat indicium, non vt faciat probationem. Ad idem l. Theopompus, s. de dote præle. Sed ad hoc oppo. ergo debuit hic perueniri ad quæstionem ancillæ: quia pro se habuit vnum testem. Glo. dat plures solutiones, sed veritas colligitur ex duabus, s. ex prima, & vltima. Nam hic fuit reprobata quæstio propter duo. Primò, quia torta fuit ancilla pro domino. Secundò quia non præcedebat indicium. & illud quod dicitur, quod vnus testis facit indi-
b cium, est verum in teste idoneo.[b] sed hic non erat idoneus testis: quia erat filius liberti. Et quod vnus testis faciat indicium ad torturam habes gl. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. Facit quod notatur in l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & l. admonendi. s. de iureiu. Et hæc est vera
2 sol. † Item soluit gl. alio modo: quia hic fuit prius habita quæstio, postea fuit examinatus testis, & sic indicium sequitur, & non præ-
c cedit, quod not. nam indicia sequentia[c] non confirmant quæstionem, seu torturam præcedentem. Vlterius opponitur extra gl. quod testis,
d qui non debet examinari, examinatus faciat indicium, d l. prima. §. im-

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Neque probat. Et sic not. quod potest appellari à tortura. & illicitæ torturæ, & etiam eius confessioni non statur, vt hic. & no. Bar. & Bald. in d. l. milites. in fi. C. eod. plene per Pau. de Leaz. in commento p. æ alle. c. grauis, de deposito. vbi omnino vide.
* Clau. ¶ Quod in se satis placet. Vide aliam concordiam per Alex. consi. 69. volu. 3. dicit tamen Bal. in c. 1. in tit. si de inu est. int. dom. & vassal. lis oriatur. quod ad hæredem institutum transit ius probandi per sacramentum, & sequitur ibi simpliciter Aluarot.
b Ale. ¶ In teste idoneo. Et sic si torquetur ille qui non debet torqueri, dictum eius adminiculatur. De quo vide Bal. in l. fi. de accu. & Bar. in l. 1. §. idem Cornelio. s. e. & ibi dixi.
c Ale. ¶ Indicia sequentia. Indicia secuta post torturam, eam non validant, & vide Ang. in suo trac. malefi. ver. nunc videamus de tortura, & no. Bal. in l. ea quidem. in pe. col. in versi. item quæro. de accu. & latè per Bal. in l. fi. C. de accus.
b de qõ. qđ tene menti. ¶Scđo, no. casum,[b] in quo sñia rescindit̃ prætextu instrumentorũ de nouo repertorum. Contra hoc op. de l. imperatores. s. de re iu. So. non rescinditur de iure cõi, sed ex
2 principis bñficio sic. ¶† Ex hac lege credo, ꝙ post cõclusionem
c causæ, & post testiũ publicationem admittatur probatio[c] p instrumẽta in causis criminalibus: sicut dixi in testib. recipiendis in cã criminali, ꝙ possunt recipi post causæ cõclusionem, & testium publicationem in causis criminalibus, vt dixi in l. j. s. de quæst.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Diui fratres. Istum text. alleg. no. Bar. in l. in re furtiua §. j. s. de condic. fur. vide Abb. in c. 2. de pur. vulg. & istum tex. alleg. Bald. in l. error ad fi. C. de iur. & fac. igno. De reuocatione erroris iudicij, per eundem in l. diem proferre. § [illegible] arb. per Bar. & Bal. in l. 2. de sent. ex breui. reci. C.

b Alexã. ¶Not. casum. An in causis criminalibus postquam est cõclusum in causa admittatur probatio, habetur per Doc. & ibi dixi, in l. admonendi. de iure iu.

c Alex. ¶Admittatur probatio. Adde Bal. in l. j. C. de cond. in [illegible] quarto quæro, & habes in l. imperatores. ff. de re iud. in causa autem ciuili instrumenta non possunt produci postquam est conclusum in causa, nisi essent de nouo reperta, secundum Bart. in d. l. admonendi.

LEX XXVIII.

Capitalium §. Solent. Tex. ibi, se acclamationibus popularium accõmodare. i. acclamare, vt turbẽt populares, dũ falso clamãt foras, vl' ad arma.

a §. Nonnunquam.[a] Op. C. de seditio. l. j. dicit gl. illa lex debet intelligi fm istam. Tu dic, qñq; isti faciunt tumultum p lasciuiã, & tunc dẽt procedi eo ordine, q ponit̃ hic qñq; faciũt rumorẽ ex proposito, acclamãdo fortiter, ꝙ moriant̃ illi q regũt. & tũc hẽt locũ ti. de seditiosis.

ADDITIO.

a Alex. ¶Nonnunquam. Adde quod no. Bar. in l. constitutiones. de app. & no. de illo qui clamauit ad arma. Et quid de illo qui clamat, succurrite, vide Bart. in l. 4. §. adiectam. vi bon. rap. Et ad ista vide Bal. in l. 2. C. de eden. & in l. j. e. ti. & in l. fallaciter. C. de abol. de rumore in populo & tumultu clamante, vide gl. se. quæ incipit, bene facit, & vide ad materiam in l. obseruare. in fi. de offi. procon.

a §. Serui cæsi. [a]No. ꝙ sicut homines nobiles ex consuetudine non suspẽdunt̃, nec patiunt̃ istas viles pœnas, idẽ de aliis popularib. & diuitibus, & honestioribus.

ADDITIO.

a Ale. ¶Serui cæsi. Bene facit gl. xl. [illegible] incipit arg. & quod no. Bal. [illegible] nobiliores. C. de comme. & mercatoribus. & illud dictum [illegible] cadit super hac l. supra. §. non omnes. Ad istam §. adde quæ notat Bart. in l. 2. in fi. s. eo. & do. Abb. in c. pastoralis. in fi. prin. in vltimo no. extra de offi. deleg. & [illegible] nobilis puniatur tanquam vilis. vide Bal. in l nemo. ver. tertio opp. & videtur. C. de summa Trin. & fide catho.

1 *Lex præbet securitatem omnibus.*

a §. Ad statuas. No. text. ibi, cum enim leges omnib. hominib. &c. †Not. ꝙ leges omnibus præbẽt securitatẽ. Vñ securitas nõ põt postulari, nisi appareat causa. Non. n. præsumitur quis velle offendere aliquẽ, nisi cã appareat.

§. Grassatores. [a]Oppo. j. ea. l. §. famosos. Rñdeo, hic loquit̃ de aggressorib. tm̃, q maleficiũ nõ perfecerunt: sed contrarium loquitur de his, qui maleficium perfecerunt.

ADDITIO.

a Alex. ¶Grassatores. Vide gl. in §. nouissime Inst. de susp. tut.

§. Qui ob inimicitias. Materiam huius §. hẽs plene C. qui acc. l. data opera. per Cy. dicam in l. qui ædes. s. de incen. rui. nau.

§. In exulibus. De hoc vidistis s. eod. tit. l. relegati.

1 *Famosus latro, vel fur quis dicatur.*

a §. Famosos [a]§. noster intelligitur duob. mod. Vno mõ intelligitur, vt latro dicatur fur, q clam furatur. Alio modo intelligitur de latronibus, hoc est, de robatorib⁹ stratarum, qui hoc faciunt publicè. ¶Secũdum primam lect. op. de l. fi. s. de fur. & authẽ. vt nulli iud. §. pe. vbi pro furto quis non moritur. Sol. Aut est fur famosus, & suspenditur, vt hic. Aut non est famosus, & non suspenditur, sed aliter punitur, vt in contrario. ita dicit glos. hic, & in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & in
b corpore vnde sumitur. ¶Item op.[b] quòd pro vno furto quis qnq; solidorum quis indistinctè suspenditur, vt in ti. de pace tenenda. §. si quis quinque solidos. in feu. Sol. concedo quòd per illam cõstitutionem sic punitur, & per hoc est recessum à leg. antiquis. Dicunt tamen quidam quòd per illam constitutionem quæ est in ti. de pace iur. firm. §. iniuria. in feu. vbi dicitur, iniuria, sed furtũ legitimè puniatur, videtur redire ad istas leges antiquas, licet gl. ibi finaliter contrarium teneat: tamen quicquid hodie fit in qualibet ciuitate Italiæ sunt statuta de hoc. Sed de iure communi tenerem illam gl. ¶Secundò opp. prout secundo modo legitur, & videtur ꝙ debeat puniri leg. Iul. de vi pub. l. 3. in prin. s. ad le. Iu. de vi pub. Sol. ibi quando semel tantum fecit: secus si esset famosus latro, tunc pœna augmentaretur propter illam qualitatem, vt
1 hic. ¶†Quæro, quis[c] dicatur famosus latro, vel fur? Dicunt qui-
c dam, illi qui hoc sæpius fecerunt. Ita dicit gl. in auth. sed nouo iure. C. đ ser. fu. quòd puto verum, si ꝯ eos de hoc fama publica laborabat, vt colligitur ex hac litera, dum dicit, famosos. Et intellige hoc de his qui perfecerũt delictum, aliàs secus, vt s. ea. l. §. grassatores. ¶Vltimo glo. dicit, quòd per Lombardiam aliter punit̃ furtum, quòd dic vt in gloss. & plenius in d. gloss. de pace iur. firma. §. iniuria.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Famosos. Et dicit iste tex. ꝙ ibi suspenduntur, vbi furtum fecerunt. Adde Sal. in auth. si vero, de adult. Bar. per illam text in l. j. C. de Nili agge. non rumpen. Et qualiter intelligatur ille tex. in ti. dum dicit, ad bestias damnati. vide gl. no. in l. 2. supra arbi. fur. cæsar.

b Alex. ¶Item opp. An pro furto quis possit suspendi, vide Barto. in l. leuia. in princip. de accusatio.

c Alexã. ¶Quæro quis. Quis dicatur famosus latro, vel fur. vide aliquid de materia per Bar. in l. secunda, s. de fur. Et si & alia species furandi, de qua in l. fi. s. de extraord. crim. Ange. hic dicit, quòd non intelligit famosos latrones, qui assidue furantur: sed vbi aggrediuntur cum armis, aut vi auferunt. de sepulchr. viola. l. prætor. §. aduersus eos, qui cadauer. vide gl. in l. aspiciendum. §. delinquunt. s. eod. & ibi quis sit latro. & per quos actus inducatur. & vide gl. in cap. inter alia. super verbo, publicus latro. de immu. eccle. in fi. & facit quis dicatur consuetus latro, & per quos actus inducatur. Et dicit Cy. in l. secunda. C. de reb. cred. quòd qui blasphemauit bis, vel ter, non dicitur consuetus blasphemare. Quid de vero, solete, vide Bar. in l. j. versi. quæro. & renoco. C. quomodo & quando iudex. Adde l. 3. C. de episc. aud. vbi dicit, quòd consuetus & famosus fur dicitur per vnum furtum. vide Bald. in d. authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. ver. 3. not. per Mod. in c. fi. de fur. & per Bar. in l. secunda. s. de fur. Et nunquid pro multis paruis furtis quis tanquam famosus possit suspendi, vide Bald in cap. j §. iniuria. de pace iur. firm. Et differentiam inter latrones & fures, vide in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit. & Inst. vi bon. rap. in prin. & no. canonistæ in cap. ex parte. extra de test. Et quid si statutum facit mentionem de robaria, vide per Bal in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & l. si te. C. de infamibus. Quis dicatur prædo, an qui accipit rem absque voluntate domini, etiam si sit debita. tex. est in l. si ex stipulatione. s. de acquiren. possess. & est gloss. in l. cum qui. in verb. non tenetur. de fur. & no. glo. in authen. nauigia, C. eo. Quis autem sit depopulator, & deportator, vide tex. in l. si ibi aduocatorum, C. de postul. dicit ibi Bald. quòd istud vocabulum est parum in vsu, & in paucis locis reperitur. Adde tex. in l. j. §. j. ff. de abigeis. not. etiam Bal. in l. frumentum. per illum tex. C. quæ res vendi possunt. & dicitur furtum esse genus, quòd continet sub se rapinam. Ita dicit Barto. in l. [illegible] § si quis iurauerit. de iureiurand. Et de differentia inter furem & latronem. vide in capit. ex parte. & quod ibi Doctores, de testibus, per Ange. in §. pen. in Authen. vt nulli iudi. & per Barto. in d. authen. sed nouo iure. & Bald. in authen. nauigia. C. de fur.

§. Maiores. Opp. contra §. nostrum. de l. presbyteri, C. de episc. & cler. Dic vt dixi s. eodem. l. quædam delicta.

LEX XXIX.

1 *Damnatus ad mortem, statim efficitur seruus pœnæ, & testamentum factum ab eo, non valet.*

2 *Damnatus ad mortem potest examinari contra alios ad aliquale iudicium.*

3 *Lex, qui vltimo. per auth. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxo. non corrigitur in damnato ad mortem.*

4 *Sententia excommunicationis, trahit secum executionem.*

5 *Sententia corporalis nõ potest mandari executioni, de cã quæ fit ab homine intra decem dies, qui dantur ad appellandum.*

Qui

a 1 Qui vltimo. Ibi statim. &c. No. † q ad mortem damnati statim efficiuntur serui pœnæ, vt hic, & vidistis s. e. tit. l. quod ad statum. & sic ista sñia trahit secum executionẽ, vt no. in l. si quis filio exhæredato. §. irritũ. de iniust. rup. test. & hac gl. & iõ istorũ dãnatorũ ad mortẽ nõ valet testam. Quod intel
b ligebin dãnatis ab eo, q habuit iurisdĩonem. l. 2. §. fi. s. e. Et puto hoc idẽ esse ẽt si euaserint, vt si essent abrepti de manibus familiæ post sñiam latã. In pñti nõ dico ita de bãnitis. dixi in quæstione, quam
2 disputaui de exbãnitis. ¶ † Vlterius no. q licet isti sint serui pœnæ, tñ pñt examinari ad aliquale indicium 9 alios, vt hic in fi. dixi in l. maritus. s. tit. j. ¶ Op. in auth. de nup. §. quod aũt posita. C. de don.
3 inter vir. & vxo. auth. sed hodie † Rñdeo, illud quod hac lege dr̃,
c hodie corrigitur in ingenuo: secus in liberto. Sed illud, qđ hic dr̃, q corrigitur, est verũ in dãnato in metallũ: sed in dãnato ad mor
d tem ñ corrigit lex ista, dsed remanet firma, vt no. in d. auth. sed ho
4 die. facit l. eius qui. & qđ ibi not. p gl. & Dy. s. de testa. ¶ † Vlterius lex ista inducit per gl. nostrã 9 Canonistas, q dñt, q sñia excõicationis, secum trahit executionem: & ideo ab ea ñ põt appellari, vt extra de appel. c. pastoralis: §. fi. qđ vr̃ 9 hanc l. cõiũcta l. si qs filio exhæredato. §. hi aũt. s. de iniusto rup. test. & quod no. p gl. C. si a ñ cõpe. iud. l. fi. Sed qcqđ gl. dicat, dico ego q sñia excõicationis est alterius nãæ, q̃ ista: quia illa est medicinalis, ñ mortalis, vt in c. j. extra de sent. excõ. li. 6. & ideo circa illam tene opi. Cano. vt no. in d. c. pastoralis. & in Spe. de appel. §. in quibus. versic. 17. & versic. seq.
5 ¶ Vltimo † quæro e circa hanc l. vtrũ sñia corporalis possit man-
e dari executioni intra decem dies, qui dantur ad appellandum? Vr̃ q nõ j. nihil noua. ap. pen. l. j. circa prin. & qđ ibi not. in gl. ĩ verb. nouari. ¶ In 9rium vr̃ hic tex. qui dicit, statim, & gl. dicit hoc super verbo, perdũt. & pro hoc vr̃ expressum in l. addictos. C. de epi. aud. per quas leges hoc tenet Guliel. de Cug. non ob. l. j. j. nihil no. ap. pen. qa ibi loq̃ in ciuilibus. Rõ diuersitatis est, sm eum: qa in criminalibus pt qlibet appellare pro reo. l. nõ tm. j. de appel. qđ in ciuilibus ñ est, in qbus nõ põt appellare, nisi tm ille, cuius interest. l. a sñia. j. de appel. Spe. vr̃ tenere 9rium in ti. de execu. senten. §. videndum. versi. porro. Br̃ debetis scire, q q̃dam est executio, q̃ fit iure, vt q efficiat seruus, vel infamis, & sñia: & tunc talis executio fit statim lata sñia, vt hic, & l. qđ ad statũ. s. eo. & l. furti. in prin. s. de his qui no. infa. Quædam est executio, q̃ debet fieri ab homine, & ista vt puto, dẽt differri post decẽ dies, d. l. j. & qđ ibi no. j. nihil no. appel. penden. Non ob. d. l. addictos. quia ibi fiebat executio ante & male faciebat iudex, q hoc faciebat: vl' forte renũciauerat appel
f lationi, f ideo permittitur aliis appellare. Et hoc vr̃ sentire glo. qđ
g solum executio iuris fiat intra decem dies g & hoc putarẽ verius de iure, sed de consuetudine seruat 9rium: quia illi decem dies nõ expectantur.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Qui vltimo. Damnati ad mortem efficiuntur serui pœnæ. Fallit si appellatum est Item fallit si sententia fuerit nulla. Item si per sententiam interlocutoriam sit appellatum. hoc voluit Bal. in l. j. C. ex deli. defun. Et dum ponit Bar. hic, quid in bannitis, vide Bal. in l. fi. C. si non a cõp. iu. Si dãnatus ad mortem euaserit, non poterit testari. Facit ad id quod no. Bal. in l. ex ea causa. s. de postu. & vide Barto. in l. si is qui. §. j. de testa. Bar. & Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccl. & quod no. Inn. in c. quærenti. de offic. deleg. & no. Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & Imo. in d. l. si quis filio. §. irritum. de iniusto testa. glo. & Doct. C. de don. inter vir. & vxo. in auth. licet hodie. & Bal. & Imo. in l. seruo legatõ. §. fi. de lega. 1. & Bald. in d. l. fi. C. si a nõ compe. iud. Et ad hæc vide Bart. pulchre. in l. si eius. s. de testa. & per Rom. in l. j. de re iud. adde Bar. in l. non tantum. de appel.

b Alex. ¶ Quod intellige. An damnati ad mortem possint facere testamentũ, vide pulchrè Bar. in l. si eius. ff. de test. & Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri.

c Alc. ¶ Hodie corrigitur. An hodie damnati ad mortem efficiantur serui pœnæ, vide in l. si quis mihi bona ff. de acqui hære.

d Claud. ¶ Lex ista. Idem de sententia priuationis officij, dignitatis, aut iurisdictionis, secundum Fel. in c. cæterum. de rescrip.

e Alex. ¶ Vltimo quæro. An sententia corporalis possit mandari executioni intra decem dies. adde Bar. per illum tex. not. in l. non tantum. de appel. vbi vide. Adde quod no. Bal. post Bar. in l. si quis. §. hi autem. s. de iniusto. testa. Per Bar. in l. si qua pœna. ff. de verbo. signifi. & Bal. in d. l. fi. si a non competen. iud. per Roma. in l. j. C. de re iudic. ibi breuiter debetis scire, quòd quædam executio, &c. vide quod not. in l. fi. C. si a non cõpeten. iud. Adde Bar. post Guli. in l. fur. §. j. ff. de furt. Bal. Ang. & do. Io. in l. qui a latronibus. §. j. ff. de testam. Bald. in l. obseruare. §. proficisci ff. de offi. proconsul. & in l. addictos. C. de episc. aud. & not. in c. si quando. de offic. deleg. Bar. in l j. C. ex deli. defunc. & quod not. Bar. in l. non tantum, infra de appel. Inno. in c. quærenti. de offic. deleg. Bar. in rubr. de re iud. iuxta fi.

f ¶ Renunciauerat appellationi. Istud dictum reputatur multum no. ad limitationem gl. no. in l. pactum, s. de pact. & dic. vt dixi in l. non tantum. de appel. per Bar. in l. custodias. s. de publ. iud.

g Claud. ¶ Decem dies. Ita etiam tenet Pan. in c. quærenti. de appel. licet glo. not. ibi, q statim possit fieri executio. vide etiam Bal. in c. j. circa fi. de offi. deleg. vbi idem tenet quod Bar. sed limita vt ibi.

LEX XXXII.

1 *Sententia refertur ab libellum.*
Lex minor in dubio videtur intentata.
2 *Libellus incertus ex circunstãtiis non declaratus, procedit in criminalibus: quia poterit in processu declarari.*
Libellus, accuso te quòd percussisti me cum ense, procedit, licet nõ dicatur in qua parte corporis, vel cum sanguine.
3 *Damnatus lege Iul. de vi priuata infamatur.*

a 1 Si præses. a No. q sententia refertur ad libellum. ¶ Secundò no. † q in dubio vr̃ intentata lex mitior, vt hic. Dicitur hic, si præses ita interlocutus, &c. Contra, ex interlocutoria quis nõ infamatur. l. verbum. & l. interlocutorio. C. de his qui no. infa. Sol. quod hic dr̃, interlocutus est, intellige diffinitiue. Ad hoc facit C. de senten. l. post sententiam. Contra hoc extra glo. op. primò prout loquitur in interdicto, ista sententia non põt dici diffinitiua: quia continet incertum. non. n. dicit circa quam rem vis sit commissa: & ideo non declaratur quid veniat in restitutione, ergo sententia nulla, vt C. de senten. quæ sine certa quanti. per totũ. Sol. debes intelligere, q hic dicatur vim fecisti, scilicet vim obiectam in libello, & sic per relationem ad libellum, vt l. ait prætor. §. j. s. de re iud. & quod ibi plene dixi. ¶ Item opp. ad idem prout hoc sententia refertur ad accusationem criminalem. Nam vis quædã est licita. quædam illicita, vt probatur in l. creditores. C. de pigno. ergo si iudex pronunciat, vim fecisti, non sequitur, ergo es puniẽdus l. j. § j. s. ad turpi. & ibi dixi. Respondeo eodem modo, quia hic dicitur vim fecisti, s. obiectam in libello, ita quod ad illam se retulit, vel expresse, vel ex præsumptione istius legis. ¶ Vltimò videtur quòd ista lex in fi. sui male dicat. vbi dicit, vtriusque crimina obiecta sunt. Contra in l senatus. s. de accu. vbi dicitur, quòd quis non potest accusari diuersis legibus. Solu. quod hic dicitur, vtriusque legis crimina sunt obiecta, id est, crimen quod potest vtraque lege puniri secundum diuersas circunstantias, vt si fuisti accusatus quod aliquem deiecisti, inferendo sibi violentiam, nec dixi cum armis, vel sine armis. & sic potest vtraque lege comprehendi se-
b cundum diuersas qualitates, tunc intelligitur mitior, b ita loqui-
2 tur hic. Ex quo no. † quòd i criminalibus procedit libellus per cir-
c cunstantias non declaratus, c & poterit postea in processu declarari: sed si non declarat, mitior intelligitur, vt hic. Sed si omitteretur aliquid de substantialibus, quæ requiruntur in libello. l. libellorum s. de accu. tunc libellus non procederet, vt vidistis in d. l. libellorũ
d §. quod si libelli. Ex hoc apparet, quòd procedit talis libellus, d accuso te quòd percussisti me cum ense, etiam si non dico in qua parte corporis. & etiam si non exprimo cum sanguinis effusione, vel
3 sine. ¶ Vltimò Hugo dicit per hanc l. † quòd dãnatus l. Iulia de vi priuata nõ infamatur: sed male dicit, & reprehenditur hic in gl. vt plene apparet in ea. gl.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Si præses. No. tamen ad hanc l. q in enormibus iudex debet vti seueritate, non grauitate. l. dignus. ibi seuere vindica. s. de re iud. Ita dicit Bal. in l. ea quæ, in fi. C. de cõd. indeb. ex in l. respiciendum §. j. s. eo. Bar. in l. pedius. s. de incen. rui. nau.

b Alex. ¶ Intelligitur mitior. Adde Inno. in c. cum dilectus. in verbo. iustitia. de ord. cog. vbi vide.

c Alex ¶ Non declaratus. Adde quod in ciuilibus procedit, vt in l. j. §. si quis argentum, de posit. & quod ibi no.

d Alex. ¶ Procedit talis libellus. Et quod postea possit declarari in processu, adde in simili Bar. in l. j. j. de appell. . Adde Bal. in l. edita. C. de edendo. & allegat Bar. hic. & in primo consilio. & adde quod habetur in l. in delictis §. si detracta. de noxali. Vide de interlocutoria tex. in l. 3. §. cognoscit. de offi. præfe. vigi.

LEX XXXIII.

1 *Pœna quæ imponitur ad tempus, post tempus videtur remissa.*
2 *Verbis legis & edicti stare debemus.*

a 1 Fratres. a No. tex. ibi, quia temporaria coercitio, &c. Not. ex hac l. † q pœna q̃ imponit ad tps. post tps videtur remitti, vt hic, & l. Imperator. s. de posthu. Scđo no. † tex. ibi, dum dicit, ratio iuris, & verba 9stitutionis. Ex quo no. q dẽmus stare ver-
2 bis legi, & verbis edicti, vt hic, & l. j. §. si is qui nauem. de exer. & l. 9spexit. q & a qui. s. & l. qđ constitutum. s. de mili. testa. & l. 9stitutionibus, j. de municip. quod facit ad statuta.

ADDITIO

a Ale. ¶ Fratres. Iste tex. allegatur pro decisione cuiusdam no. quæst per Bal. in rub. de con di. ob turp. cau. in fi. videlicet, q si quis est bannitus tempore, quo imbursulabatur ad aliquod officium, & tempore quo extrahitur, est positus extra bannum, & sic rebannitus, tamen repellitur. Vide in simili Pau. de Leaza. in q. are in scrutinio. Itẽ alleg. Bal. in auth. sed omnino. & ibi not. C. ne vxor pro marito. Quid si tempore quo fuerant concessæ represaliæ ciuibus huius loci, erat bannitus, licet rebanniatur, non vtitur priuilegio represaliarum, quod not. Facit etiam, quòd si statutum dicit, quòd instrumenta notariorum matriculatorum habeant exceptionẽ, & tempore rogationis quis erat matriculatus, tempore iudicij non. de quo per Bal. in l. 2. de excep. rei iud. Prædictis maxime primæ quæstioni. adde bar. in l. vsusfructus in fi. de stipula. seruorum. vbi no. quando sit inseruiendum legis verbis, de quo late in l. non dubium. C. de legi. & Bar. in l. omnes populi. in 2 q. prin. de iust. & iur. & l. si constante. in 9. q. prin. solu. mat. per Bar. in l. contra. de legib.

LEX XXXIIII.

Seruus. §. eos. Ad euidentiam scias, quòd delator qui nõ perficit delationem, punitur, l. deferre. j. de iure fisci.

LEX XXXVI.

In metallum. Vidistis s. eod. l. qui vltimo.

LEX

LEX XXXVII.

In dardanarios. Vidistis in l.annonam, s̃. de extraordi. crimi.

LEX XXXVIII.

Si quis aliquid. Opp.& solue vt in gl.

a §.Autores. a De hoc vidistis s̃.eo.l.capitalium.§.solent.

ADDITIO.

a Alex.¶Autores.Adde quod no.bar.ad istum §.in l.constitutiones,versi. quære, qui sunt & versi.seq.j̃.de appel.

§.Qui abortionis. De hoc dic, vt s̃.de siccariis.l. 3. §. sed ex senatusconsulto.

a §.Testamentum. a Dic de hoc,vt in l. si quis legatum de falsis.

ADDITIO.

a Alex.¶Testamentum no.contra notarios secundum bal.in l.fi.C. de edendo & in l.fi.de pœna iudic.Adde tex.& ibi Bar.in l.j §.is qui.s̃.de fal.& hunc tex.allegat glo.in l.si quis testamentum.§.sed & si quis.s̃.ad leg Aquil.

§.Instrumenta. No.contra aduocatos,& notarios, qui instrumenta eis producta, & exhibita dant aliis.

a §.Miles. a No.quod ille,qui percutit seipsum, venit puniendus.sic j̃.de re mili.l.omne delictum.§. qui se vulnerauit.

ADDITIO.

a Alex.¶Miles.Et de hoc dixi in l.1.de bonis eorum,& in l.2.C.de his qui sibi mor.cōsci. & hoc est verum etiam in bannito, qui potest ab aliis offendi secundum bal. in l. j. de ser.fugi.

LEX XXXIX.

1 *Grauius punitur quod fit per pecuniam,quam quod fit sine pecunia*

1 Cicero. No.ꝙ†grauius punitur quod fit per pecuniam,quā quod fit sine pecunia.quod facit cōtra assassinos,a qui occidunt aliquem propter pecuniam. De quo dicam in l.nō solum.§.si mandato.& §.Proculus.s̃.de iniur.De materia huius legis,qualiter puniatur ille,qui facit aliquam abortiri, vidistis in l. diuus,s̃.de extraordi.crimi.

ADDITIO.

a Alex.¶Contra assassinos.No.de assassinis & aliis qui faciunt aliquid per pecuniam,vide quæ dixi in l 3.§ transfugas,de sicariis.& bar.in d.l.non solum.§.si mandato.s̃.de iniu. & bal.in l.non ideo.in prin.de accus.& vide quæ habentur in l.2.§.fi.s̃.de eo per quem factum erit.

LEX XL.

a Metrodorum. a No.hāc l.ꝯ eos,qui receptant exbannitos,de quo vidistis in l.2.de recepta

ADDITIO.

a Alex.¶Metrodorum.hunc tex.alleg.Ro.in no.suo.

LEX XLI.

1 *Pœna specialis si reperitur apposita super crimine,& etiā pœna generalis,quādo illa generalis trahatur ad specificata.*
2 *Pœna specialis & generalis,an imponatur eadem lege, aut diuersis,differentiæ ratio quæ sit.*
3 *Statutis stantibus duobus, quorum vno dicitur ꝙ testis possit de falso accusari intra mensem,alio ꝙ de falsitate possit intra decem annos accusari,testis non potest post mensem accusari,licet videnda sint verba statuti.*
4 *Statuto stante ꝙ pro delicto facto de nocte pœna dupliceiur:item in platea:item in festo.si delictum committitur de nocte in platea,& in festo,qualiter duplicabitur pœna.& nu.2.*
5 *Prædicto statuto,& facto stante.simplum duplicabitur.*
6 *Duplo inest simplum,nisi aliter appareat.*
7 *Statuto stante,ꝙ si nobilis offendat popularem, puniatur pœna quadrupli eius quo puniretur popularis:& nobilis offendat popularem de nocte in platea, & in festo,qualiter punietur.*
8 *Statutum de publicatione pœnarum,an habeat locum in pœnis non limitatis,sed quæ imponuntur arbitrio iudicis.*
9 *Statutum prædictum habet solum locum in pœnis existentibus in quantitate,nō in specie.*

a Sanctio legum. a Hæc est lex multum notab.Glo.intelligit hanc l. si multæ sunt pœnæ limitatæ à iure in delictis.est etiam in iure quædam clausula generalis quæ dicit,quod vbi pœna non reperitur limitata, imponitur arbitrio iudicis. l. 2. s̃.de crimi.stel.Certè ista clausula non porrigitur ad specificata.Ad istam lec.op.quia secundum hunc casum gl. illa clausula generalis non imponit certam pœnam, sed arbitrio iudicis. sed text. hic dicit, certam pœnam irrogat. ergo mala est positio casus glo.Respon.Immo est certa,quia illa videtur expressa,quam iudex declarabit:ar.ad hoc l.vnum ex familia: circa prin. s̃.de leg.2.& l.asse toto,supra de hær.insti.& l institutio.de condi. insti.quod no.Secundò ad hanc l.op.quia in fi. hic dicitur eadem lege, sed secundum hanc positionem casus diuersæ sunt leges, quæ loquuntur generaliter, vel specialiter.Huius contrarij timore dicit gloss.eadem lege, scilicet in genere, non eadem in specie. Ista lec.licet possit satis sustineri, tamē fecit magnam violentiam literæ.& ideo Dy.intelligit hanc alio modo,ponendo casum sic, pone quòd aliqua lex, vel statutum plura capitula habet, in quibus est imposita certa pœna:postea in fine est apposita clausula generalis,certè illa non porrigitur ad specificata. Ita intelligit Dyn.
b hanc l.quod mihi plus placet.Tamen ad hanc lect.opp.de l.j.§.j.b supra de oper.no.nun.& l.j.§.dixerit aliquis.s̃.de publica.So.quādoque pœna specialis,& pœna generalis imponuntur eadem lege,seu eadem constitutione habente plura capitula, tunc clausula generalis non refertur ad specificata,casus est hic.Quandoque imponitur in diuersis legibus, & constitutionibus pœna generalis,& specialis: tunc vtraque lex locum habet.ita loquuntur contraria. Plus quidam dicunt,scilicet quòd vtraque pœna habet locum quo ad originem,& quo ad executionem. hoc ipsi probant per l.iubemus.C.de sacrosanc.eccle.coniuncta l. non dubium. C. de legi.Nam in d.l.nō dubium.Pœna imponitur generalis annullationis contractus facti contra legem:in d.l.iubemus.imponitur specialis pœna alienationis contra legem, & tamen vtraque pœna habet locum etiam quo ad executionem. Horum opinionem refert Cy.C.de sepul.vio.l.qui sepulchra. Ista opinio videtur contra casum l.senatus. supra de accusa.secundum vnam lect. prout ibi loquitū de homicidio,& parricidio:& tamen ex vna tantum lege debet fieri executio,vt ibi dicitur,& ideo dom.Ray.de Forli.in quadam sua disputatione dixit vnum bonum verbum, quod si quidem pœna generalis imponitur per legem.& specialis per hominem,tunc vtraque concurrunt,etiam quo ad executionem,vt d.l.non dubium.coniuncta d.l.iubemus.Sed quando vtraque pœna venit imponenda per hominem, tunc quo ad originem habent locum,non quo ad executionem,l.prętor edixit.§.j.supra de
1 iniur.& l senatus.supra de accu. cum simil. Et ideo†ex prædictis habes recolligere quatuor verba, quando super eodem repe-
c ritur pœnac specialis.& pœna generalis,tunc si quidem pœna generalis est incerta,& arbitraria non refertur ad specificata, siue in eadem lege,siue in diuersis,vt hic secundum lect. gloss. Si vero vtraque pœna est certa,tunc aut vtraque pœna est in eadem constitutione,& generalis,non refertur ad specificata, vt hic, secundum lect.Dy. Aut imponitur diuersis legibus, & tunc aut vna pœna infertur à lege, & alia ab homine. & vtraque habet locum,etiam quo ad executionem. Aut vtraque ab homine: & tunc non habet locum quo ad executionem,sed quo ad originem sic,vt ex
2 prædictis patet. ¶†Quæro quæ sit ratio diuersitatis,vtrum istæ pœnæ imponantur in eadem lege,aut in diuersis legibus vel constitutionibus? Respondeo, ratio ponitur hic in fin. ibi, nec sane est verisimile delictum vnum,&c.quod declara: quia licet vna lex habeat plura capitula,tamen vnum ius est accusandi ex omnibus capitulis.Nec enim quot capitula habet,tot accusationes,seu tot iura accusandi nascuntur. vna enim est accusatio leg. Cornel. de fal. vel de sicariis,licet habeat plura capitula.& sic de singulis,vt patet de public.iudic.l.prima, & Institu.de pub iudi.per totum. & ideo eadem accusatio,seu idem ius accusandi, non debet habere ita varias & ita contrarias naturas circa idem delictum, & ita loquitur hic.Sed quando ex diuersis legibus imponūtur, tunc sunt diuersæ accusationes:& diuersa iura accusandi.ideo pnt se in plus & minus habere.¶Circa hoc,duo sunt hic statuta, vnum ꝙ testis possit de falso testimonio accusari intra mēsem tantum.Aliud est statutum,quòd qs possit accusari de falsitate intra decem annos.

¶†Quæro

ADDITIONES.

a Ale.¶Sanctio legum.No.paria esse aliquid esse certum,& certificandum.Idem habetur in l.certi condictio. ff. si cer.pet.vbi certi condictio datur ad certum,& certificandum.
b Alex.¶Oppo.de l.j.§.j.An clausula generalis trahatur ad specificata, vide quòd si eius est in vltimis voluntatibus.l.libertis quos.de alim.& ciba.lega. & ibi Bar.in l. doli clausula.de verbo.obliga.De hac materia vide bonū tex.in l.quoties.de actio. & oblig.& vide per Bar.in d.l.j.de sepul.viol.& per Cyn.& Bald.& Ang.& Sal. in l. qui sepulchra de sepul.viola.facit tex.in l.cum.s̃.de fur.& per Bal.in l.quid ergo.§ pœna grauior.de in famia.per Specu.in tit.de accus.circa prin.& vide dominum meum.videlicet Ang.de Aret. in tract.suo maleficiorum,in versi. caput à spatulis amputetur.Vide Bar.in l.senatus.de accusa.& in l.j §.j.de oper.no nun.& in l.doli clausula de verbo. oblig.& in l.1. s̃.vi bono.rap. Adde Bal.in l.si venerabilis ecclesiæ.de episco.& cler. Sed quid si per legem imposita est certa pœna specialis, & per statutum imponitur alia pœna specialis, dic, quod l statuti pœnæ statuti. Quid si statutum imponeret pœnam perpetuam banni pro vulnere, aliud statutum dicit, quod pro vulnere facto in palatio puniatur pœna centum,quis vulnerauit aliquem in platea, an debet vtraque pœna puniri. Habeo disputationem Do.Guid.de Suza.in quæstio.inc. pœna. de facto quidam facit insultum. Et quando per diuersas leges imponitur diuersa. vide per do.Ioan. in l.2. de publ.iud. & omnino Bal.in l.data opera C.qui accu.& in d.l.qui sepulchra. de sepul. viola.
c Ale.¶Reperitur pœna.Quando vna prouisio specialis deroget alteri minus speciali,& quomodo cognoscatur,vide Bar.in l.hac consultissima. C. qui testam. facere possunt, in prin.

3 ¶†Quæro vtrum [a] ex vigore illius statuti generalis vltimi, quis
a possit de falso testimonio accusari post mēsem? Et vř quòd sic: qa
cū istæ sint diuersæ leges, iudex p̄t eligere q̄ vult, gñalem, vel spe-
cialem, vt dictum est. Cōtrarium determinaui: quia prædicta sunt
vera, quando leges generales, & speciales ponunt diuersas accusa
tiones, seu diuersa iura accusandi: sed si hoc non faciunt, sed circa
vnum, & idem ius accusandi disponunt, tunc clausula generalis
non refertur ad specificata, quia esset iniquum, vt vna, & eadem
accusatio, seu ius accusandi esset annale, & perpetuū. & hoc vult
text. hic: vnde ad hoc debet respicere, vtrum illæ leges diuersæ in-
ducant diuersum ius accusandi, an circa idem disponant. hęc est
4 veritas. ¶†Vltimò, per ciuitates Italiæ sunt plura statuta, quæ in-
ducunt duplicationem pœnarum, vt puta, si quis percusserit in
platea, vel de nocte, pœnæ duplicentur. Item si in festo, vel in die
fori, pœnæ duplicentur. Quero, quid si aliquem percussi in platea
de nocte die festo, an ex qualibet qualitate fiat duplicatio? Hic vi
detur casus ꝙ non. Nam vt dixi vobis in l. denunciasse. §. quid ta-
men. s̄. de adult. ista statuta, quæ inducunt duplicationem, non
inducunt nouam accusationem, sed qualificant primam, mo-
do eadem accusatio non debet quem punire diuersis æstimatio-
nibus, & diuersis respectibus. casus est hic ibi, nec sanè, &c. In con
trarium videtur casus s̄. eo. l. aut facta. vbi dicitur, ꝙ in quolibet de
licto veniunt consideranda septem. ergo omnes istę qualitates cō
siderabuntur. Quid dicemus? Dicunt quidam, qui disputauerunt
hanc q. quòd non debet duplicari pluries: quia senatus censuit, ne
quis ad idem crimen pluribus legib. fiat reus, d. l. senatus. Sed cer-
tè d. l. senatus. nihil facit ad propositum: quia hic nō punitur diuer
sis legibus, sed vna, in qua habetur respectus ad diuersas qualita-
tes. Dicamus ergo sic. Quando per istas qualitates pęnæ augētur
non tamen per nomina multiplicatiua, vt dupli, tripli, quadrupli,
tunc omnes istæ qualitates considerantur, d. l. aut facta. Quando-
que pœnæ multiplicantur per ista nomina multiplicatiua, & tunc
licèt de iure debeat haberi respectus omnium, d. l. aut facta. tñ nul
la potest fieri duplicatio, quæ excedat quadruplum, vt Institut. de
act. §. omnes. vnde vsq; ad quadruplum poterit multiplicari, non
vltra. Nec ob. lex, quæ dicit, quòd eadem lege non debet quis pu-
niri varijs æstimationibus: quia concedo, varijs æstimationibus, s.
eodem respectu, sed diuersis respectibus, & diuersis qualitatibus
concurrentibus, benè potest variè puniri, & nihil est qđ repugnet
d. l. aut facta. Et de hoc dixi in l. fideicommissa. §. si quis decem, s̄.
de leg. 3. Item non obstat si dicas quòd tex. Inst. de actio. §. omnes.
loquitur, quando pœna per ista nomina multiplicatiua imponi-
tur: quia ibi loquitur ciuiliter, quæstio nostra quando criminali-
ter. Nam non recordor aliqua lege istam pœnam criminaliter im
poni. Vnde illarum legum argument. hoc dico ratione identitatis
rationis. l. omnem. & l. tam ex contractibus, supra de iudic. Præ-
terea, cum statutum sit quædam ciuium conuentio, l. j. s̄. de legi.
& pœna conuentionalis non possit excedere quadruplum, ergo
&c. vnde statutum simpliciter loquens, trahitur ad ius commune,
vt quadruplum non excedat, arg. infra de munerib. & honorib. l.
j. §. j. & C. de noxa. l. 2 ¶Sed quæro † iuxta prædicta quid duplica-
5 bitur? Respondeo, illud quod erat simplandum, vt supra quod
met. cau. l. si cum exceptione. §. j. & §. quadruplabitur. & §. Iulianus.
6 ¶Sed quæro, † [b] an in duplo insit simplum? Respondeo, in du-
b bio sic, nisi aliud appareat, l. hoc edicto. §. j. s̄. de publ. Vnde in quę-
stione prædicta aliquis deliquit de nocte, in platea, in die festo,
&c. si ponis quòd simplum sit centum: quia de nocte, erunt ducē-
ta: quia in platea, erunt trecenta: quia in die festo, erunt qua-
dringenta: & si esset alia qualitas, posset ascendere ad quingenta.
Quod enim dixi, quòd posset ascendere vsque ad quadruplum
ad plus, intellige illud quadruplum vltra simplū, vt patet in actio-
ne furti manifesti. Sed contra prædicta videtur d. l. si cum exce-
ptione. §. quadruplabitur. vbi dicitur, quòd debet quadruplari sim-
plum cum omni sua causa, sic ergo hic eadem ratio videtur, vt
sit simplum centum: propter noctem ducenta: propter locum,
quia in platea, quadringenta: hoc est, vt dupletur illud simplum
cum illa sua causa, scilicet noctis. & sic de alijs qualitatibus. Respō
deo, omnes istæ qualitates insunt eodem instanti temporis ipsi
maleficio, & si bene respicis, illa qualitas loci cum incipit inesse,
non reperit maleficium commissum cum illa qualitate noctis,
vel alia, sed reperit eum in actu committendi. Nam eodem tempo
re istæ qualitates accidūt, vt dictum est. hoc p̄misso dēs scire, ꝙ il-
læ qualitates, quæ habent duplare, non possunt operari suum effe
ctum, nisi in eo qđ reperit duplandum. argument. supra de condi-
tio. & demonstr. in l. testō quidam scripserat. & de lega. 1. l. quidā
testamento. §. si tibi. sed istæ qualitates non reperiunt, nisi malefi-
cium simplex, vt est ostensum: ergo illius pœnam simplicem du-
plant, & non vltra. Nec sufficit, si illas qualitates reperit in fieri: im
mo oportet ꝙ eas reperiat in facto esse, secundum propriam signi
ficationem, vt s̄. de iurisdi. omn. iudi. l. si quis id, qđ. §. j. ꝙ si dum pro
ponitur. Præterea aut dices, ꝙ qualitas loci duplicat delicti pœ-
nam cum qualitate temporis, & tunc eadem ratione tempus du
plicabit propter locum, cū vtraque eodem tempore cōcurrat, &
sic esset repugnantia, & perplexitas. l. si Titius s̄. de condi. instit.
Præterea non est dubium, ꝙ prima qualitas solum inducat dupli-
cationem simpli sed hic quælibet: istarum qualitatum est prima,
cum eodem tempore concurrant, vt dictum est: ergo quodlibet
simplum duplicat. l. qui duos. in princi. s̄. de reb. dub. Præterea hic
constat saltem, ꝙ nulla istarum qualitatum est posterior altera. er-
go nulla inducit duplicationem respectu alterius, l. cū qui nouissi
mus, s̄. ad Treb. Facit qđ no. in l. eum actum, s̄. de neg. gest. in fi. per
glos. Sed si poneremus, ꝙ esset quædam qualitas, quæ inesset ipsi
maleficio post id perfectum cum omnib. qualitatib. tunc duplica
retur cum omni sua causa, etiam si excederet quadruplum, vt j.
tangam. Exemplum, dicit statutum, ꝙ p̄ negantem pœna duplice-
tur vel augeatur in quadruplo. certè istud negare, venit post male
ficium perfectū cū omni sua cā, & duplicatur illud totum tanquā
illud sit simplum, vt d. §. quadruplabitur. Sed poteris dicere, ergo
nec ipsa pęna maleficij simplicis duplicatur: quia ipsum maleficiū
cum illa qualitate in esse producitur. Sed r̃ndeo, sicut ignis præce
dit calorem quodam ordine nãæ licèt nō ordine t̄pis, & sicut ob-
ligatio p̄cedit actionē, l. licèt. §. ea obl̃o, s̄. de procur. qđ est quodā
ordine nãę siue intellectus: ita maleficium præcedit in nã, & intel
lectu omnes suas qualitates. Vnde puto, ꝙ si ex verbis apparet, ꝙ
aliquo ordine intellectus, vna qualitas præcederet aliam, licèt in
instanti t̄pis producerentur in esse, tñ tunc vltima qualitas dupli-
caret pœnam maleficij cum omnib. illis qualitatib. q̄ in intellectu
7 precedunt, vt ostendam inferius. Quero ergo; † pone, dicit statu-
tum huius ciuitatis, ꝙ si nobilis offenderet popularem, puniatur
quadrupli pœna eius, qua puniretur popularis offendens popu-
larem, contingit ꝙ nobilis offendit popularē de nocte in platea,
& die festo, queritur, quæ sit pœna eius, posito, ꝙ illius offensę
simplicis esset pœna centum? Respondeo, tota pœna quę impo-
neretur priuato habita ratione omnium illarum qualitatum, est
simplum. & illud totum quadruplabitur, & sic multum poterit
ascendere. Hoc probo primò ex significatione verborum, quę
habent respectum ad pœnam, quę imponeretur populari, quod
debet

ADDITIONES.

a Ale. ¶Quæro, vtrum. Adde, quæ dixi in l. 2. in prin. s̄. de verbo. obli. post Bar. in l. quæsitum. §. pe. de fund. instruc. & qđ ibi dixi, sequitur Pet. de Anch. in c. canonum statuta, ver. circa hanc contrarietatem statuti. in ver. quoquequid si aliquem percussi in platea de nocte. nota, quia si statutum dicit, ꝙ pœna falsi duplicetur, si commissum fuerit in palatio, & aliquis obrepserit falsum iudici in palatio, an puniatur pœna falsi? Dic ꝙ non, quia dēt intelligi de tali falso, qđ posset committi in palatio, & extra, sed hoc poterit committi extra, ergo &c. Ita cōsuluit notāter Bar. in cons. 190. inci. Tudertinus quidā. & ibi vide ad no. p̄ Bar hic, an statutū de duplicatione pęnæ inducat necessariā accusationē. Adde Bar. in l. aut facta. §. locus. s̄. e. Et de duplicatione pęnarū, vide Bal. in l. cōtra negātē. C. ad legē Aquil. & ibi ꝙ duplum non simplum esset duplicandum. Et istis adde Barto. in l. 1. circa fin. s̄. si famil. fur. fecis. dica. & in l. Mæuius, §. duorum. de leg. 2. & Ang. hic, & Bar. in l. aut facta. §. j. s̄. eo. & in l. vulgaris. de fur. & Bar. in l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. & Bal. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest. in ver. restat quærere de pœnis. Non obstat si dicatur, ꝙ Insti. de actio. §. omnes autem. loquitur, qñ pœna per nomina multiplicatiua imponitur ciuiliter, quęstio nr̃a qñ criminaliter. Nā non recordor per aliquā legē, istā pœnā terminatiue imponi. Vnde illius legis ar. hoc dico, p̄pter identitatē rationis l. omnem, & l. tam ex contractib. de iud. Præterea, cum statutū sit quædam ciuium conuentio l. 1. s̄. de legi. & pęna conuentionalis nō potest, excedere quadruplum, ergo, &c. Vnde statutū simpliciter loquens trahit̃ ad ius cōe, vt quadruplum non excedat, argum. l. j. §. j. de munerib. & hono. & l. 2. C. de noxalib. Sed quæro iuxta prędicta, quid duplicatur? Respōdeo; illud qđ erat simplandum, vt s̄. qđ met. caus. l. si cum exceptione. §. j. & §. quadruplabit. & §. illud. Sed quæro, an in duplo insit simplum? R̃ndeo quòd sic, indubiè, nisi aliud appareat, l. hoc edicto. §. fi. de pub. vnde in inquisitione prædicta, aliquis de nocte in platea cōmisit delictū, erūt triginta, & si in die festo, erūt quadraginta, & si esset alia qualitas, posset ascēdere vsq; ad quadruplum. & ibi bar. dicit, ꝙ dēt quadruplari simplū cū oī sua cā. sic ergo, sicut vř vt simplum qñ p̄p noctem, vel quia in platea duplicetur, ita de alijs qualitatib. quia oēs istæ qualitates insunt eodem instanti temporis. Nam alia qualitas loci nō incipit reperire maleficium commissum cum illa qualitate noctis, vel alia si reperit eū in actu committendi. Nam eo tempore istæ qualitates accedūt, vt dictū ē.

b Alex. Sed quæro. Adde quæ dixi post Barto. in l. hæc actio, s̄. de calum. & adde Bar. in l. interpretatione, j̄. eo. Et adde Doctores in hac materia secūdum Bal. in c. j. §. si duo. de pace tenenda. quando ex legis dispositione petitur principale, vna cū pęna, & ex eadē lege, & ex eadē actione, tunc in pœna cōtinetur sors, secus si ex diuersis causis. Primū p̄bat̃ in l. hoc edicto. hic allegata. Scđm probatur in l. si pro fure, de condictio. fur. quæ doctrina est, qñ sors consistit in specie, & pœna in quantitate, quia non grauatur obligatio quātitatis per obligationem speciei, supra quod met. cau. l. si cum exceptione. §. qđ si homo. licet ille tex. posset induci in cōtrariū. Sed dic vt p̄ Bal. in d. c. 1. & adde gl. no. quam ibi ipse allegat. Et prædicta not. in pœnis, q̄ imponuntur per noīa multiplicatiua, sed qñ imponuntur à lege per nomina simplicia, nunquam inest simplum. C. de sent. quæ pro eod. l. 1. in fin. & ibi not & facit Insti. de actio. §. tripli. & ar. ff. de ver. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. & qđ no. C. de ser. fug. & in l. pe. per Bal. & vide Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aqui. & in l. hęredem. §. sed et. ver. quæritur. de calumniatorib. & in l. si cū exceptione. §. si quis nō restituat. qđ met. cau. Et adde, ꝙ si est incertum simplum, est incertum quod multiplicatur à simplo. ita Bal. in l. arbitrio s̄. qui satis cog. & vide Bar. in l. si cum exceptione. §. j. quod met. cau. Bar. j̄. eo in pen. q. & adde tex. & ibi Bal. post Bart. in l. j. de sponsa. Adde quæ consuluit Bald. cons. 269. 2. lib.

debet intelligi cum omnibus suis qualitatibus. Casus vr̃ s. si fam. fur. feci. dica. l. 1. in fi. & l. 2. cum sua gl. Nam illo edicto sufficit præstare quantum præstaret quilibet homo, si hoc fecisset, d. l. 1. & hoc intelligitur cum oĩb. qualitatib. suis, hoc est pro furto manifesto quadruplum, pro alio duplum. Pro hoc s. de parri. l. vtrũ, vbi præstans opẽ tenet pœna, qua tenetur principalis cum omnib. suis qualitatibus. Præterea regula est, qñ vna relatio fit ad aliquid, refertur ad illud, cũ omnib. suis qualitatib. vt s. de ali. & ciba. leg. l. à filio. §. testator. & intelligo de qualitate circa tps, & circa modum, & alia similia, vt ibi patet. Præterea hoc esse verum apparebit, rñdendo multis, q̃ possent dici in r̃rium, in quibus determinabo multas quæstiones ad hoc pertinẽtes. Non ob. qđ dictum est supra videlicet, q pœna simplicis maleficij duplicatur: quia illud est verũ, qñ statutum simpliciter loquitur per hæc verba, pœnæ maleficiorũ duplicentur, vel pœnæ duplicentur, & similia. Secus si dicit, puniatur pœna quadruplici eius, quo alias puniretur, & sĩlia verba, p rónes supradictas. & hoc probo esse verũ. Si fideiussor intercedit simpl'r, nõ tenet in augmento ꝯtingente obl'oni ex aliqua qualitate. l. j. cum si. s. de in litem iuran. Sed si fideiussor intercessisset promittendo iudicatum soluere, tenet in omni eo, qđ veniret in sñia, vt s. iudi. solui. l. iudicatum solui. Ita in proposito, istius statuti verba referuntur ad sñiam, hoc est ad illud, in quo puniretur: ergo illud totũ pro simplo hr̃. Et p̃dicta intelligo. qñ circa primas qualitates, quas dico cõputari in simplo, statutũ loquit p verba simplicia. s. pœnæ maleficiorum duplicentur, &c. & in alio statuto se referat ad id, quo puniretur, &c. Sed si circa omnes qualitates loqueretur eodem modo. s. q se referret ad tps sñiæ, seu punitionis, tũc pœna tm̃ simplicis maleficij duplicaretur, vel quadruplicaretur. Rõ: qa nulla dictarũ qualitatũ respicit maleficium añ alia in ordine tpis, vel in ordine intellectus, sed eodẽ tpe ꝯcurrũt vt dictũ est. Sed si poneremus q statutum circa aliquas qualitates loqueretur simpliciter: circa alias se referret ad tps punitionis, tũc illæ primæ qualitates computarẽtur in simplo, per easdem rónes. Itẽ p̃dictis vr̃ obstare l. itẽ veniunt, §. cũ prædiximus. s. de pet. hæ. & qđ no. s. si cer. pe. l. certi ꝯdictio. in prin. circa fi. 2. gl. vbi vr̃, q istæ qualitates non ꝯsiderentur. Rñdeo, quædam sunt qualitates, q̃ insunt ab ipso initio, & in illis procedit, qđ s. dixi. Quædam sunt qualitates, quæ ex post facto superueniunt, & illæ nõ attendunt, vt in ꝯrijs. Et iõ si statutum diceret, q pp negationem, vel pp ꝯtumaciam pœna duplicaretur, vel aliàs augeretur, dico q adiectio pœnæ, q̃ fieret pp illas qualitates superuenientes ex post facto, nõ veniret in illa duplicatione, vel augmẽtatione, per dictas leges. Sed qualitates, quæ insunt ab initio, bene pñt augeri p eas, q̃ superueniũt ex post facto vt s. dixi. Item prædictis vr̃ obstare l. in furti. in prin. s. de fur. vbi verum pretium duplicatur, nõ autẽ interesse singulare. Sol. ideo ibi non duplicatur: quia non venit in petitione: secus in alio interesse, qđ in petitione venit regulariter. Et iõ dico, cũ statutum dicit, q nobilis puniatur pœna quadrupli eius, qđ puniretur popularis, intellige regul'r: secus si in persona aliquorum tale maleficium haberet singularẽ pœnam. Itẽ ꝯ p̃dicta facit: qa s̃m hoc talis pœna excedit quadruplum, ꝯ §. oẽs inst. de act. Sol. non est verum: qa totũ illud primũ accipit pro simplo. Simile, vsura non parit vsuram, verũ est, nisi vsura redigatur ad sortem, vt s. mand. l. idemq;. §. deniq;.

8 ¶ † Quæro, an in pœnis, q̃ non sunt limitatæ, sed imponuntur arbitrio iudicis, hẽat locũ statutũ, qđ loquitur de duplicatione pœnarum: Vr̃ q non. l. Scio. §. medico. s. de annu. leg. Contrarium dico, & duplicabit id, qđ pro tali maleficio consuetũ est imponi ar. eius qđ no. in l. quid ergo. § pœna, s. de his qui no. infa. & s. e. l. nodic. Vltimò scias † q statuta q̃ loquunt de duplicatione pœnarũ,

9 non hñt locũ in speciebus. sed solũ in quãtitatib. l. Lucius. §. impuberem, s. de le. 2. & iõ si pro maleficio dr̃et amputari manus, certè si fieret de nocte, non duplicaretur. Et vide circa hoc qđ dixi in d. §. impuberem & in l. Mæuius. §. duorũ. s. de le. 2. vlt. & pe. q. Quid in tpe relegatiõis, an duplicet? Dic, vt dixi ĩ l. senatus. §. fi. s. ad Turp.

LEX XLII.

1 *Statuto stante, quòd pœnæ duplicentur, in duplo in sit simplum.*

a Interpretatione. In hac l. potes ponere casum per l. si præses. s. e. & j. tit. 2. l. 3. §. si quis. & per

1 l. hæc enim, s. de susp. tu. † Quæro dicit statutũ, q ex aliqua causa pœna duplicet, vtrũ in duplo insit simplũ? Rñdeo q sic, qa interpretatione legũ, &c. & vr̃ tex. in l. hoc edicto. in fi. de publ. & qđ met. cã. l. si cum exceptione. §. Labeo autem. in fin. & § quatenus. in princ.

ADDITIO.

a Claud. ¶ Interpretatione. Hanc legem intellige, q debet eligi minor pœnarum, non minima, quæ esset contemptibilis, secundum Inn. in c. de causis. de offi. deleg. & ibi Bal. itẽ per hanc legem probatur, q si per statutum, vel constitutionem imponeretur pœna capitalis, intelligeretur non de pœn. mortis, sed exilij. & ita vult glo. in l. j. C. ne Christia. manci quam pro singulari allegat Io. de Imo. in l. 2. s. de pub. iud. & refert Ale. in l. elegãter. §. qui reprobos. C. de pig. act. vide Ange. in tract. malefi. in glo. super verb. caput, & ita per hanc legem dicit gl. in l. pen. & ibi Bald. C. quæ res vendi non pos. gl. & Sali. in l. j. ad leg. Iul. peculat. Quid autem si statutum dicat, sub pœna personæ, vide Bald. in c. nonnulli. de rescri. & adde aliam gl. in l. nulli. C. de iniit. omn. iudi. in gl. fi. & in l. fin. C. de veter. numismat. potesta. lib. 11. & Sal. in l. 2. C. de fals. mon. facit quod no. Bar. in l. 3. s. de sus

pec. tutorib. vide omnino Arc. in c. qualiter & quando. §. si. de accusa. vbi loquitur qñ lex vel statutum vtitur verbo, capite. Ponit etiam ibi, quando lex dicit, maxima, vel acerbissima pœna imponatur, vel alio superlatiuo, quæ pœna sit imponenda, vide Alexand. consi. 104. vol. 1. & consi. 127. in vlt. col. vol. 3. De materia per omnes fere in d. c. qualiter, & quando. & Fel. in c. ex literis. de const. Adde Mathe. notab. 188.

LEX XLIII.

1 *Statuta ciuitatis, an sint annalia, vel perpetua.*

a Imperator. a Op. C. de postu. l. j. Sol. Ibi interdicit alicui artem suam solẽniter lite ꝯtestata, & cã cogni-

b ta, & data sñia diffinitiua: b hic vero simpl'r interloquendo interdicit alicui artem suã. Hæc opi. tenetur cõiter p Doc. hic. & in l. ꝯria.

1 & Inn. tenet cã in c. qđ translationẽ. ex de off leg. ¶ † Ista lex inducitur ad q. per quosdã, vtrum statuta ciuitatis sint annalia vel perpetua? Et vr̃ q sint annalia. Nã statuta firmantur iure Ptãtis, cuius officium durat anno tm̃. Contrariũ est dicẽdũ. Nã statutũ non dicit ius p̃torũ, nec pendet ex ptãte p̃toris, sed dr̃ ius ciuile. l. omnes populi. s. de iust & iur. Ergo est ꝑpetuũ, vt Inst. de perpe. & tẽp. act. circa prin. & §. j. ita dicit Dy. Mihi vr̃, q dẽamus aduertere ad duo. primò, an statutum sit perpetuũ. Et dico, q sic, siue sit factum à populo: qa est ius ciuile: siue sit factũ ab aliq o hñte ptãtem, vt ab epo, legato, & p̃fecto, Duce, Marchione, & sĩl. Casus est extra de offic. leg. c. fi. & de statu. ꝯ lib. eccl. fac. c. nos Federicus, in feud. Prout ibi dicit, de ptãtib. & rectorib. & simi. facit l. falso, C. de diuer. rescr. Secundò potest quæri de actione descendente ex statuto, & tunc aduerte, si qdẽ sit à populo, & tũc ẽ ius ciuile, & actio erit ꝑpetua, vt Insti. de ppe. & tẽp. act. Sed si statutũ sit ab aliquo præside, vt quotidie fieri videmus à Duce, Marchione, ab ẽpis, tunc actiões descẽdẽtes ex eis, si qdẽ sũt pœnales, durãt anno. Vr̃. n. ius p̃torũ, qđ ẽ factum à magistratib. ergo, &c. vt in tit. Insti. de perpe. & temp. actio.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

latur.l.fi.j̄. de ap.reci.Solu.non intelligas ꝙ appelletur hic à transa
ctione:sed qđ dicit,idem rescriptum est,s.ut agant causam testamē
ti petendo legata.Sed an hoc sit verum,quod non potest appella-
ri ab actibus extra iudicialibus,dicam in d.l.fi.j̄.de appel.reci.

ADDITIO.

a Ale. ¶Idem rescripsit.Sed non credo istā glo.verā:qa cū iā per sententiam sit rescissum
testamētū,illa sententia iā facit ius quo ad omnes.l. Papinianus.§.fi.s̄.de inof.test & sic
per pactum hr̄dis non est confirmata.l.tale pactum.§.qui prouocauit.de pact.Quid er
go erit?nos dicimus, quòd idem rescriptum est,s.quòd isti legatarij possint appellatio-
nem prosequi.quia ibi antequàm ferretur sententia,fuit facta transactio,& sic testamen
tum non erat rescissum:hic vero fuit lata sententia,vt faceret ad titulum.

---

§.Si quis ipso die. Hunc declara vt dixi s̄.e.l.j.§. fina-
li.

LEX VI.

1 *Appellans pro damnato,licet dicat simpliciter, appello,appellatio procedit,&
prudens iudex non cogit,quòd exprimat nomine cuius.*
2 *Procurator in causis capitalibus,quando reus est detentus,interuenire potest.*
3 *In causis capitalib.quòd executio possit fieri intra x.dies,qui dantur ad appellā-
dum,remiss.*
4 *Appellare quilibet potest pro eo.qui abanaugliatus ducitur ad supplicium.*

Non

a **Non tantum.** aCuilibet licet ꝓcurare pro eo,qui ad supplicium ducitur,ēt eo inuito.h.d.¶No.ꝙ humanitas,& offiñ,quod est inter hominem,& hoīem,facit vt cuiuslibet intersit,ne alius perimatur, ꝑꝑ quod interesse admittitur ad appellandū.¶Op.ꝙ hic tertius non admittitur: quia sua nō interest,vt s.l.ꝓx.in prin.Sol.hic ñ interest eius pecuniariter,sed interest eius ratione dicti officij,vl'humanitatis,quod sufficit,vt hic. Sed ꝯ hoc facit:quia qui ꝑ suo interesse admittitur,ꝓprio noīe appellat.l.si ꝓcuratorio.ꝭ.qñ app.sit.sed dicit ꝙ appellat nomine eius q dānatus est.ergo,&c.Sol.Potes dicere,ꝙ hoc casu appellauit noīe alieno,qđ satis placet.Vel dic,ꝙ appellauit noīe ꝓprio.Et qđ h.d.noīe eius,dic,i.ad ei⁹ vtilitatē.Si'r C.de his q̄b.vt ind.l.Polla.&
1 s.de his q.vt indi.l.tutorē.Vel dic noīe eius,s.appellātis.†Sed si diceret appello simpl'r,nec exprimeret noīe suo,vel noīe victi,ꝓcederet applo:& prudenter faciet iudex,si eū ñ coget exprimere, vt dicit Imo.in simili extra.de testi.c.cum olim.¶Op.causæ capitales nō possunt agi per alium.l.pe.§.ad crimen.s.de publ.iud.& an per aliū cau.app.l.j.So.dt gl.hi venit ꝑ suo facto,& suo interesse,ñ vt ꝓcurator,qđ repugnat aliquātulū huic lrē, q̄ dt noīe eius,nisi exponas vt dixi. Ad §.ad crimē.dic ꝙ aliud in cā principali: aliud in
2 cā appl'onis.Ita sensit gl.†Puto ꝙ qñ reus est i carcerib.vel in fortia alterius,sicut hic:qa ducebat ad suppliciū,ēt in cā capitali pt interuenire ꝓcurator.vt dixi in d.§.ad crimen. Et si reus ñ defenderet,nec ꝓcuratorem daret,qlibet posset eum defendere.l.si nō de
* fendant.*de pœ.& l.j.in fi.s.de q̄st.¶Op.ꝙ cōfessus b nō appellat,
b vt C.quo.app.nō reci.l.2.So.gl.Tu dic,ꝙ ibi erat cōfessus,& cōuictus,hic solum cōfessus secundum Dyn. & no.in lege ꝯria.ad alia
3 ꝯria,dic vt in glo.Hæc lex videtur ꝓbare,ꝙ in†causis capitalibus
c possit fieri executio intra decem dies c qui dantur ad appellandū. quod apparet: quia intra terminum appellandi ducebat ad suppliciū.quod dic,vt dixi in l.q vltimo.de pœ. ¶†Not. remediū ꝑ illis
4 q ducunt ad suppliciū,quod iudex facit eos abauagliare,ita ꝙ loq nō pūt,vt quilibet ꝑ eis possit appellare.Simile C.eo.l.addictos.& C.de epis.audi.l.addictos.

ADDITIONES.

a Alex.¶Non tantum.Immo plus dixit Io.An.in c.cum C.laicus.de fo.compe. in vj.ꝙ etiam si aliquis esset condemnatus ad mortem,nisi solueret centum,ꝙ etiam eo inuito alius potest soluere,etiam si ille millies contradiceret.Et est ratio,quia nemo est dominus membrorum suorum,vt hic,& in l.liber homo.ad leg.Aqui.facit l.qui soluendo.de ne.ge.quod no.pro limitatione l.fi.C.de ne.ge.& videtur tex. de supra dicta q.cum gl.& ibi ponderet bar.in l.Stichus.de pec.leg.& per bal.in d.l.fi.& per Inn.in c. lator.de hig. per Pau.de Ca.in l.quāuis.so.ma. Facit quod habetur in c.ipsa pietas.xxiij.q.4.& quod no.ibi per gl.sing etiā ꝙ iste non possit renunciare beneficio,& auxilio.gl.est in l.pactū inter h.eredem.s.de pac.& per bar.in l.custodias.in fi.s.de pub.iud.per bal.in c.1.in 2.cōmento,extra de iud.per bal.in l.si accusatoribus. C.de accus. ponit multum notab. Bar. in l.qui vltimo.in fi.s.de pœn.vbi videtur limitare dictum glo. quod not. dixit hic ēt Pau.de Cast.referendo consilium Ange.in quo dicebatur, quòd in casu proposito sibi, quando quis debebat condemnari in amputatione manus, si non solueret centum ,& ille vellet potius quòd sibi amputaretur manus,quam soluere, quòd iudex debet eo inuito inquirere,an habeat bona:& si habeat,accipere ab eo centum,deinde illum absoluere à manu.dixit tamen Ang.de Are.in voce per tex.in l.si ita relictum.de leg.2. quod si statutum diceret , quòd quis soluere debeat centum intra x.dies , alias amputabitur ei manus:quòd si ille deponeret,vel diceret,depono,vel trado simpliciter , quòd posset sibi amputari manus,quod tamē falsum videtur per prædicta.Item dicunt etiam Doc. in d.l.siquis id quod.quòd si quis debet soluere centum, alias fustigabitur,quod etiam si deficeret vnus denarius, posset fustigari,quod satis durum videtur de iure, per tex.in l.v.§.fi.de verb.ob.Et vltra prædicta facit l.si ita relictum.de leg.2.Hanc videtur limitare Bal.in l.raptores.C.de epis.& cle.quoties crimen non est notorium: secus si esset notorium per tex.ad hoc in l.3.& in l.addictos.& quæ ibi bal.C.de epi.aud.& l.si quis filio §.hi autem.de iniust test.& in c.Romana,extra eo.lib. 6. Et in materia huius legis,vide bald.in rub.C.de iure fisci.lib.x.Et an sicut in casu isto quilibet potest appellare,ita possit prosequi appellationem.Gul.in l.eos.C.de app.videtur velle, quòd sic. Facit l.si quidam.C.de accu.sed Bal.tenet contrarium. in d.l.addictos.C.de epi.aud.& bar. hic. An quilibet possit impedire executionem banni,no.bal.in rub.C.de iure fisc.lib.x.Et an sententia lata pro pœna corporali transeat in rem iud.vide Abb.& mod.in c.de his,de accu.in fi.Et an ista lex habeat locum,quando absens damnatur,& sic per consequens nō tractatur de impedienda executione,Ang.hic videtur velle sentire,ꝙ sic,propter identitatem rationis,& est verum.

* Claud.¶Si non defendantur.Per istam legem dicit bal. in c. cum inter R. de elect.ꝙ si statutum iubeat homicidam decapitari,nisi habeat pacem ꝯ.mensem , ꝙ si amicus eius infra mensem habeat pacem,licet ipse p st mensem ratificet,sufficit,& de materia ad-de Fel.in c.cum super.circa prin.de re iudi.

b Ale.¶Op.ꝙ confessus.Et bal.in l.j.C.ex delic.defun.tenet, ꝙ solus confessus non appellet per gl.in d.c.Romana.Et gl.hic pro.multum no.alle.bal. in l.si quis in hoc genus. C. de epis.& cle.ꝙ confessio facta post sententiam extra iudicium non est sufficiens ad pœnam capitalem.& idem l.addictos.C.de epi.aud.& fortius in l.vt debitū.in fi.C.de hær. act.& no.bar.in l. 2.C.quo.ap.& ibi bal.& adde bal.in d.l.addictos.C.de epi.aud.& gl.& bar.in l.constitutiones.ꝯ.eo.

c Ale.¶Intra decem dies.An autem bannitus possit impune offendi intra tempus datum ad appel.vide Bal in l.addictos.C.de epis.aud.& in l.addictos.C.de appel.qui tenet cū bar.& melius in l.qui vltimo.de pœ.quem sequitur Ro.in l.3.§.si seruus. s.de acq.pos.

LEX VII.

a **Cum quidam.** aPropter metū iudicis sufficit appl'onē ꝓponi coram vicinis,& hōnestis ꝑsonis De hoc hēs rubricam,C.de his q ꝑ metum iud.ñ appel.Dixi in l.de pupillo.§.si quis ipsi.s.de no.ope nun.

ADDITIO.

a Alex.¶Cum quidam.Adde Bar.in l.j.§ fi.in ver.quæro,cui debeant dari.s.e.ti.

LEX VIII.

Illud sciendum. Appellās nō dēt iniuriari ei,ā quo ap-
1 pellauit:aliàs punit.h.d.& puniet pœna extraordinaria officio iudicis,cum ñ sit pœna determinata.l.j. §.expilatores.s.de effracto.secundum Doc.

LEX IX.

1 *Appellatio extinguit pronunciatum.*

Illud sciendum. A snīa lata ꝑ libertate pt appellari,nō in integrū resti.peti.h.d.Sed q̄ro,q̄ est
a rō?aRñ.†qa appellatio extinguit ꝓnunciatū,ac si nunq̄ esset ꝓnū-
1 ciatum.l.furti.in prin.& quod ibi no.s.de his qui no.infa. qđ non facit restitutio : iō libertas,quæ semel ꝯpetit ꝑ restitutionem tolli non potest.Op.de l.j.C.si aduer.lib.dic vt ibi.

ADDITIO.

a Alex.¶Quæ est ratio.Vide Bal.in rub.C.de manu.vindi.& in auth.quæ supplicatio C.de precibus Imperato.offerend.& vide Bal.in l.si causa cognita.C.de transac.& in l.si prætor.§.fi.s.de iudiciis. & vide Bar. in l.j.C.si aduer. libe. & Bal.in l.j.C.de in integ.restit. postu.& in l.fi.C.ex fal.instru.& vide quę dixi in l.3.§.si seruus.s.de acqui p.s.

LEX X.

1 *Plures quando tenentur ex vno contractu, vel quasi, possunt omnes vno libello conueniri,& etiam separatim.*

Si qui separatim. Si plures sunt diuersis sententiis cōdemnati,pluribus appl'onibus opus est:nisi vna probatio esset,qua omnes cōuincerent.h.d.istud principium,cum ver.sed cum aduersus.q debet iūgi cū isto principio, & istud principium est planum. Et facit ad ea, q dixi s. de no. ope. nun.l.de pupillo.§. si in pluribus. Sed vbi sunt plures ꝯdemnationes;vel plura bānimēta,plures absolutiones sunt necessariæ.¶Venio ad ver.sed cum aduersus.& quæro,in quo differt à principio huius legis.Dicit gl.ꝙ hic omnes fuerunt cōdemnati simul,ideo vna appellatio sufficit.Hoc dicit glo.sup verbo nocerent, sed tex. hoc nō dicit,sed dicit:quia vno titulo comprobatarum rōnū oēs ꝯueniebāt.Iō aduertendū est:qa pt eē ꝙ plures tutores in diuersis iudiciis,& diuersis sententiis ꝯdemnant ex diuersis ꝓbationibus, licet ex eadem cā:puta,ꝯ vnum sunt examinati testes in vno iudicio,& illi iidem sunt examinati ꝯ aliū in alio iudicio,ita loqt principium.Sed pone,ꝙ sint condemnati diuersis sententiis, & diuersis iudiciis,vnica aūt erat ꝓbatio,q̄ ꝓducebat ꝯ vnūquēq;, tūc vna sufficit appl'o qa vno titulo,cōprobatarū rōnum. Et fm hunc intellectum dedi summarium:ideo multo magis si poneres vnum esse iudicium ꝯ oēs,tñ snīas esse diuersas, quod potest esse.l.ñ id-
1 circo.s.de iud.& l.de vnoquoque.in prin.s.de re iud.†Vltimò no. ex hoc prin.cū §.seq.ꝙ qñ plures tenēt ex vno ꝯtu,vel quasi pūt oēs conueniri vno libello,& ēt separatim.quod plene dixi in l.3. §.vbi duo.s.de duo reis.

§.Si quis cum vna. Plures suminæ ex diuersis speciebus,q̄ eadem actione ꝯprehēdūt debent inspici cumulatè,nō separatè.h.d.Op.s.de iurisd.om.iu.l.si idē cū eodē.Gl.dat plures solu.Prima est vera.s.ꝙ hic oēs illæ summæ vna actione ꝯprehendebāt.ibi diuersis actionibus. Et facit ad ea quæ dixi in l.vbi fideiussor.s.de sol.

§.Quoties. Si plures vna snīa ꝯdemnant,qlibet in virilem tenetur.h.d.Mām huius §.examina.vt C.si plu. vna sen.fue.ꝯdem.l.j.s.de re iudic.l.Paulus rñdit eos. Quærit glo. vtrum isto casu sint necessariæ plures appellationes?Gl.dicit ꝙ sic quòd est falsum,secundum omnes,vt s.proxi.§.

1 *Victoria vnius an prosit aliis in causa communi.*

§.Quod est rescriptum. In cōi cā vni⁹ appl'o alteri ꝓdest, si vtriusque est eadem cā appl'onis:secus si diuersa h.d. Op.C.si in cōi eademque causa in integ.rest.po.l.j.Sol. aliud in restitutione in integrū, quæ est de iure speciali:aliud in appl'one,q̄ est de iure cōi, qđ dic,
a vt C.si vnus ex plu.ap.l. 2.¶Sedò op.aꝙ victoria vnius non prosit alteri,nisi quando res est indiuidua,vt s.si ser. vend. l. loci corpus. §.si fundus.Sol.dicit Azo,istud verum , qñ est ꝯdemnatio de re incorporali:secus si de re corporali,vt hac gl.vt videbitis hic : ñ Gl. hoc reprobat:quia in iuribus incorporalibus diuiduis, vt est in vsufructu,magis dēret ꝓdesse snīa lata ꝑ vno,alteri,q̄ in rebus corporalibus,qa in vsufructu est ius accrescēdi,in aliis rebus secus.l. j.in fi.de vsufru.accre.Et iō dicit glo.ꝙ illa distinctio,vtrum res sit diuidua,vel indiuidua,habet locum in cā principali, nō in cā appellationis,in qua ēt si res est diuidua, vnius victoria ꝓdest alteri. si est eadem causa defensionis,vt hic, in causa principali secus l.si cum vno.s.de excep.rei iud.licet gl.ibi aliter dicat, & ita alē fm omnes.Potest esse ratio qa in cā appellationis agitur de ipsa snīa,q̄ est indiuidua.

ADDITIO.

a Alex.¶ Secundo opp.adde Bal.in l.1.C.si vnus ex plu.appel.

1 indiuidua.l.in hoc iudicio.§.fam.erc.†Hoc præmisso: quia glo.hic
a summat istam mãm, iõ dic. a Aut in cã cõi fertur sñia in cã principali: aut in cã restõnis in integrum, aut in cã appellationis. Si in cã principali.dic,Aut de re diuidua,aut indiuidua,d.l.loci corpus.§.si fundus.Si in cã restõnis,dic vt C.si in cõi eademq; cã in integr. resti.postu.l.j.Si in cã appellationis, tunc sumus in mã nr̃a, in qua dic. Aut plurimum est separata cã defensionis,aut eadem. Primò casu,vnius appl'o,vel victoria alteri prodest, vt hic, in verb.cæterum.Secundò casu.Aut sunt ɔdemnati diuersis sententijs,aut vna Si diuersis,Aut ex diuersis probationibus, & pluribus appellationibus est opus,& vnius victoria alteri nõ prodest,vt hac l.in prin. Aut ex iisdem probationibus,& tunc vna appellatio sufficit, & victoria vnius alteri prodest,vt s̃.ea.l.ver.sed cum aduersus.Intellige cum illa distinctione,vt statim dicam, s.cum omnes eadem sñia cõdemnati fuerunt,quo casu dic,Aut vterque appellauit, & victoria vnius alteri nõ prodest,p ea q̃ dixi in l.à sententia.in prin.s̃.e. Aut appellauit vnus tm̃,& tunc aut alius approbauit sententiã,& tunc victoria alterius sibi non proderit.l.non tm̃.s̃.e.p locũ à spãli.Aut alter non approbauit,& tunc alterius victoria sibi nõ proderit, vt
b hic,& l.j.C.si plu. vna senten. Approbare autem b sententiam dr̃, si eam approbat expresse. Idem si tacitè per x.dies cũ ignoret consocium suum appellasse.Nam si sciret, tacendo non videretur approbare sententiam, sed videretur esse contẽtus prouisione legis, quæ facit vt appellatio socij sibi prosit, quæ ratio cessat, cum hoc ignorat,& ista probantur in duab.sol.s̃.eo.l.3.§.j.super verbo,hi soli.Quas sol.non examinaui ibi,sed dixi me examinaturum hic. Prima solut.est, qñ vnus appellat absentibus alijs,tunc absentib.alijs non prodest.Intelligo absentibus,& ignorantibus, per rationem, quam dixi.Alia sol.est,ꝙ appellatio vnius non prodest alijs,qui acquiescunt sententię.quæ sol.licèt per glo. ibi non teneantur,quia diuinare est respectu illius legis,tñ in se veræ sunt: vt s̃.probatum
c est,& faciunt ad ea quæ dixi s.eod.l.à sententia.in princi.¶Quæro quid si plures vicerunt,& contra vnum appellatur, an præiudicet quo ad alios? Gl.dicit,ꝙ sic in l.3.§.j.s̃. eo. Quod intellige, quando appellatur contra vnum,nõ tamen approbatur sententia pro alio Item intellige, quando plures vicerunt vna sententia, per ea quæ dicta sunt.

ADDITIONES.

a Alex.¶Ideo dic.Qñ sententia lata pro vno, vtrum appellatio interposita ab vno,prosit alteri:adde,ꝙ nunquam appellatio interposita per vnum prodest alteri,si etiam appellauit:quia videtur renunciare appellationi primæ,secundũ Inn. in c. cum super.de re iudi.& ibi de hoc do.Ant.& habetur in l.ab executore.§.j.s̃.e.& no.Bar.in l.à sñia.s̃.eo, Ang.& Imo.plenè in hoc §.fi.Et de materia vide Bal.in l.j.C.si vnus ex plu.& ibi in rubr,ponit,quid in criminalib.& in d.l.1.ad fi.dicit,ꝙ nunquam appellatio vnius prodest alteri, licèt obtineat,si appellatio fuit nulla: quia obtinuit per errorem. contra hoc facit quod dixi secundum Pet,de Anch.quod no.Bar.in l.à sententia s̃.eo.

b Alex.¶Approbare autem.Qñ quis dicatur approbare,seu acquiescere sententiæ, adde quæ no.in c.si à iudice,de appel.in 6.& in c.gratum.de offi.deleg,vbi dicitur, ꝙ si appellans ab interlocutoria post appellationem reuertitur ad iudicem à quo appellauit,& coram eo facit aliquem actum,videtur appellationi interpositæ renunciare, nisi ille actus illius,ad cuius iurisdictionem reuertitur appellans,impugnetur, vel reprobetur à parte aduersa,vel à iudice à quo est appellatum,quia per talem actum impugnatum, appellãs non videtur renunciare appellationi.c.1.de eo qui mit.in pos.& vide Bart.in l.à sẽtẽtia.s̃.eo. Item videtur tacitè renunciare, & acquiescere sententiæ,qui permittit labi tempora,secundum Bal.in auth.item si appellatione.aliàs incipit,si appellatione.versi.& nota,ꝙ quando,&c.C.de temp.ap.Item videtur quis acquiescere sententiæ & appellationi renũciare,si lata sententia interlocutoria,vel diffinitiua in causa possessorij,& in fauorem rei appellans appellatione pendente,spoliat reum possessione,vel eum turbat iniustè,c.cum sit.& in c.cum causam.secundum vnam lec.de appel.licèt Inno.videatur aliter sentire in c.cum ex parte,2.de rescri.& sequitur Bal.in l.præscriptione.C.si contra ius vel vti.pub. Sed quando possit renunciari appellationi,vide C.eo.l.si quis libellos.Et quando videatur acquiscere sententiæ interlocutoriæ,vide Bar.in l.j.C.de rela.& adde tex in c.cum venissent.de in integ.rest.Ita limita dictum c.gratum.de offi.dele.cum si.esse verum,si talis actus sonat in agendo:secus si in patiendo: quia tunc non videtur appellationi renunciari.Dictum fuit Inn.in c.cum olim.2.de rest.spol.Item limita vt per gl. in d.c.à iudice, Item no.alium casum,in quo quis videtur renunciare appellationi,& acquiescere sententiæ,de quo per gl.& Bar.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.s̃.de pact.& per Bal.in d.l.solutionem.C.de re iud.Sed qd si quis appellauit intra decẽ dies,& renuciauit,deinde vult appellare intra eosdem decem dies nondum elapsos,an possit? Dic,quòd non,secundum Inno.in c.solutionem.de appel.¶Adde quando quis dicatur acquiescere sententiæ eundem Alex.consi 136,2.lib.

c Alex.¶Quæro quid.adde Bar.in l.1 C.si vnus ex plu.

LEX XI.

Cum ex causa. Executio facta appellatione pendẽte, officio iudicis appellationis, in statum pristinum reducitur. Facit s̃.de admini.tut.l.chirographis.§.j.& qd ibi not.& j̃.de appel.recip.l.si cuius.

LEX XII.

1 *Vox populi est inualida, nec sufficit ad electionem inualidam, nisi seruetur debita solemnitas.*
2 *Confirmatio superioris quando confirmet electionem inualidam.*

Si constat. Si electio,& cõfirmatio sunt inualidæ,appl'o nõ est necessaria.h.d.Opp.s̃.de re iu.l.præses.So.Ibi tenuit sententia.Op.s̃.rẽ ra.hab.l.cũ minor.§.1. Dicit gl. certè nec ibi fuit necesse appellare.Tu dic, vt dicemus in l.si expressim.j̃.eo.
1 ¶†Vlti.not. ex hac lege, ꝙ vox populi est inualida, nec sufficit ad electionem inualidam,nisi debita solennitas seruetur. Facit extra de elect.c.2. qđ facit, vt populus non possit alicui auferre ius. Ad idem s̃.qui & à quib.l.si priuatus.& de pollic.l.toties. in fin. Facit
2 quod dixi in l.Antiochensi.s̃.de priui.credi.¶†Secundò no.a ꝙ ex
a ɔfirmatione superioris non ɔfirmatur electio inualida,vt C.de nume.& actu.l.actuarios.qđ intellige, nisi ille,qui confirmat,confir-
b maret ex certa scientia, b & est talis qui sua spõte posset dare hoc, s̃m Inn.extra de elec.c.cum dilectus. Et hæc vera, qñ electio pec-
c cat in forma.Qñq; vero est peccatum ex parte personæ eligẽtis, c & confirmantis,& tunc idem ꝙ non validat.l.ex consensu. §. j. j̃.e. Qñque est defectus ex parte personæ electæ,& tunc habet locum materia l.Barbarius.s̃.de offi.præto.d.c vt ibi.

ADDITIONES.

a Alex.¶Secundò no Ex confirmatione superioris non confirmatur electio inualida.Adde no,j̃.l.j.de his qui sunt sui.Adde tex.in c.examinata de cõfir.vti.vel inu.& quod ibi habetur,& quod no.B. l.de pac.Const.& per Bal.in l.nominati.C.eo. & dicit Bald.in l.j.C.de his qui per me.iud.ꝙ electio & actus metu factus non potest per superiorem confirmari: Quid si in electione Papæ fuit peccatum in forma,an possit tacito consensu confirmari? Bal.quòd non,in l.fi.in prin.C.de legib.

b Poma.¶Ex certa scientia.Vide Alex.consi.60.inci.viso instrumento.& tit.q.ver.nõ obst. quod adducebatur.de approbatione.vol.1.

c Alex.¶Personæ eligentis.Adde Inno.in c veniens.& in c 1.de transf.

LEX XIII.

1 *Appellans in vno articulo, an possit appellationem exercere in alio.*

1 Appellanti. Seipsam summat. Quærit gl. vtrum † appellans in vno articulo possit appellationẽ exercere in alio? Dicit gl.ꝙ sic,vt s̃.e.l.Seio.§ fi. Qđ est falsum s̃m oẽs l. cũ in vna,in prin.j̃.e.Nec ob.l.Seio.§.fi. quia ibi non dr̃ ꝙ fuit appellatũ ab vno articulo:sed fuit vna cã appellationis expressa.fuit tñ vel à tota sñia,vel simpl'r appellatũ.Iõ Dy. distinguit hic tres casus.qñ sñia continet plura capitula: aut appellaui determinatè ab vno capitulo,& tunc appl'o non porrigitur ad alia capitula,nisi sit connexa,arg.l.ẽt.§ j.s̃.de mino.Sed si appellarem simpliciter,tunc in dubio refertur ad omnes partes sententiæ,vt hac lege. Facit s̃. de tute.l.qui habent.§.fi.& l.quod dicitur.& l.fi.de an.excep.

Non solere. Plana est,& potest intelligi de eo,q in libello appl'onis solum vnã cãm expressit. Itẽ in eo, qui expressit plures:tñ vnã probabilẽ.qđ sufficit,licèt aliæ non sint
a legitimæ. a Pòt ẽt itelligi in eo,q plures causas legitimas ꝓposuit, vnam tm̃ ꝓbauit,& quælibet est vera: non tñ necesse habet in appellatione à diffinitiua proponere aliquam causam.l.3.§.fi.s̃.cod.

ADDITIO.

a Poma.¶Sint legitimæ.Vide aliter per Rom.consi 205.in prin.

LEX XIIII.

Si perlusorio iudicio. Aduersus sñiam latam ɔ testamentũ permittitur legatarijs appellare.h.d.Op.sñia lata per collusionem,alijs non præiudicat.l.præses.C.de pig.& sic non est opus appellatione, hic aũt innuitur, ꝙ præiudicet si per collusionem sit lata. Qđ apparet dum dicit, si perlusorio iudicio,&c.q.d.in iudicio iniquo perludit,& j̃. cum dicit, per collusionem,&c.Sol de collusione non ɔstabat.& ideo licèt in princip.cum formatur qõ,dicatur,& pro ɔstanti ponatur,ꝙ actum sit perlusorio iudicio: tamẽ in rñsione cum verba rescripti ponũtur dicitur,per collusionem,&c.q.d. ex hoc solo loco dr̃,& si est timor collusionis permittitur appellare, licèt de collusione nõ sit necesse probare.Si.n.hoc probaret,tunc legatarijs hoc nõ præiudicaret,ẽt sine appell'one,d.l.p̃ses.& postea iuriscõsultus hic ĩ fi. dicit,hoc iure vtimur,vt possit appellare:nec repetit, si per collusionem dicatur iudicatum,q.d.ẽt si in nullo fuit suspicio collusionis,appellaret.Potest.n.esse,ꝙ hæres negligenter & imperitè cãm prosecutus est absq; collusione,& sic appellare potest legatarius: quia eius interest.l à sententia.s̃.eo.

1 *Tertius veniens ad impediẽdũ, ne cã cœpta per alium agatur, qñ audiri debeat.*
2 *Tertius veniens vt causæ assistat,& alium adiuuet ad victoriam, talis potest testes producere, quos principalis non produxit.*
3 *Tertius veniens,& assistens causæ post publicationem testium factam, an poterit de nouo testes producere.*
4 *Primus, qui causam cœpit, si aliquid confitetur, quod tertio assistendi displiceret, illi tertio talis confessio non præiudicat.*
5 *Testium dicta, facta pro isto tertio assistenti, fidem faciunt contra eum in alia cã.*

§.Sed & agere causam. ¶Si legatarij de fide hæredis dubitant,pñt in prima causa,in qua de testõ q̃ritur,assistere,& testm̃ defendere.h.d.Facit
a s̃.de inoff.testa.l. si suspecta.in prin. Pro declaratione a huius versiculi

ADDITIO.

a Alex.¶Pro declaratione.Quid possit facere tertius qui venit ad causam iam cęptam,vide plenissimè per Ang.in l.qui suspecta,de inoffi.test.& Io.An.extra de re iud.c. cum super.in fi.adde quæ dixi post Bar.in l.à diuo.§.si super reb.s̃.de re iud.Et istis adde no.per Bal.in l.1.in vlt.q.C.si vnus ex plu.& Bal.in auth.nunc si hæres. C de litig. Bart.in d.l.à diuo Pio.in addi.per Ang.& Imo.in l.ab executore.s̃.eo.per Ang & Imo.in l.à sententia.s̃.eo.¶Vnum adde in materia,quod est no.ꝙ quotiescunque reipublicæ interest,semper admittitur tertius,licèt non prætendat interesse.Ita not,dixit Bald,in l.vbi pactum. C.de trãs.Fallit etiam fauore pupilli.l.2.in fi.C de neg.gest,quod est etiam no.& no.etiã Ang. hic.vide quæ no.Bar.in l.2.iud.sol.Et istud dictum de fauore pupilli, refert Alex,in d.§.si super rebus.in fi.vbi vide.& per eum. in l.2.in fi.C,de neg.gest.

ficuli videamus,quid possit facere tertius, qui venit ad cām p aliū inceptā?Circa qđ est sciendum, ꝙ tertius potest venire ad triplicē effectum Qñq; venit ad impediendum,ne cām q̄ ille incepit,agat, seu defendat:qñq; venit, vt ei assistat, & probationem inducat,& alia faciat ad victoriam consequendam.Qñq; venit post snīam ad
1 impediendam executionē.Rñdeo †ad primū,& dico,ꝙ qñq; tertius venit ad impediēdum,ne p illū q cām incepit,cā agat,seu defendat.Circa qđ dico, ꝙ qñq; ille q incepit causam agere, est ille, ad quē negotium principalr pertinet, sicut ad tertiū venientem , &
a tunc tertius non potest eū impedire [a] agere, vel defendere.l.sæpe. s̃.de re iudic. Aut ad eū non pertinet principaliter,sed p quandam ɔsequentiam: ad istū aūt tertium pertinet principaliter. Exemplū in venditore,qui ageret cām super dñio rei venditæ: nam hæc cā principaliter pertinet ad ipsum emptorem,licèt per quandam cōsequentiam periculum euictionis reuertatur ad venditorē. & idē in alijs similibus: tunc si quidem iste tertius venit ante litis contestationē,poterit impedire eum agere,vel defendere , & super hoc adhibetur causæ cognitio,d.l.sæpe.de re iudi.& solu.matr.l.Titia. quæ est notabilis ad hoc.Si verò iste tertius veniret post litis contestationē,si quidē veniret ad impediēdū illū agere, tūc si ignorauerit ea, quæ ante facta sunt, adhuc veniens impediret eū prosequi cām prædictam,cū ea q facta sunt, sibi ignoranti non præiudicent,d.l.sæpe. Vnde illa contestatio litis nō est sibi impedimento.
b Si vero litis contestationem sciuisset,[b] tunc posset ei assistere,non autem eum ab agendo repellere: quia sicut sententia sibi scienti præiudicat:eadem rōne litis cōtestatio,& alia acta, vt dixi in d.l.sæpe.Si vero venit ad impediendum illum defendere,tūc potest impedire,ne ille defendat in præiudicium ipsius tertij eodem modo, quo dixi s̃.proxi.§. sed ne ille defendat in præiudicium suum proprium,hoc non potest prohibere:quia inuitum potest quis defendere,l.solutionem,cum si.s̃.de sol.¶†Secundò est videndū,qñ ter
2 tius venit, vt causæ assistat,& aliū adiuuet ad victoriam, vt hic.Est
c quærēdum,an ille tertius possit testes pducere,c quos principalis non produxit? Gl.ꝙ sic,& bñ in l.si suspecta.in prin.s̃.de inoff.test.
3 †Sed hic dubitat,quid si iste tertius venit post elapsas dilationes [d]
d datas ad probandum,vel post publicationem testiū factā,an tunc poterit de nouo testes producere?Inn.in c.cū super.de re iud.vr̃ dicere,ꝙ nō,qa q primū pcessū psequit,nō inchoat nouū.Mihi vr̃ dicendū,ꝙ acta gesta pillū primū,ita demum huic tertio præiudicant,si sciuerit:secus si ignorauerit:sicut sententia, vt dixi plenè in d.l.sæpe.Aut ergo iste tertius veniens,sciuit istas dilationes dari,& testes examinari, & publicari , & tunc ista acta sibi præiudicarent, nec auditur volens de nouo producere,sicut nec audiretur ille primus.Si vero ignorauerit,tunc auditur : qđ probo fortius. Nam si principalis de cā transegisset,vel ipsi instantiæ exprefsè renunciasset,iste tertius admitteret ad psequendam dictam cām,vt s̃. eo.l.à snīa.§.sed & si in fraudem.multo magis hic,vbi tacitè est exclusus.
4 ¶†Quæro,quid si ille primus aliqđ ɔfitetur ꝙ displiceret huic ve
e nienti,an huic tertiò piudicet? [e] Rñ.non. p ea q̄ s̃. proximè dixi in transactione. Et prædicta sunt vera , siue quis veniat ad assistendum reo , siue ad assistendum actori , vt C.de lib.auth.nunc si hæ
5 res.¶†Quæro,vtrum dicta testium facta cum isto tertio in isto iudicio , faciant fidem contra eum in alia causa ? Respond.quòd sic, per ea quæ dicta sunt.Pro hoc optimè extra de rescrip. c.constitu
f tus in præsentia,& quod ibi per Doc. Tertiò est videndum, [f] quando tertius venit post sententiam ad impediendum executionem, & hic dicas. Aut venit intra tempora appellandi , & potest appellare , vt s̃. proxi. & plenè examinaui in l. à sententia. s̃. eod. Si verò venit post tempora appellationis elapso tempore,quo fit executio , dic vt in l. à diuo Pio. §. si super rebus. s̃. de re iudica. & ibi plenè dixi.

ADDITIONES.

a Poma.¶Non potest eum impedire.Vide Alex.consi.60.vol.j.
b Alex.¶Contestationem sciuisset.No.regulam,ꝙ cui præiudicat sententia, præiudicant, & alia acta.Idem dixit Bar.in l.si superatus.in fi.s̃. de pigno, vbi habes post eum,& vide Bart.j.in §.seq.
c Alex.¶Testes producere.Tertius quando velit,vt causæ assistat,an possit testes producere,adde Bald.per illum tex.in l.principaliter.de libera.causa & in auth.nunc si hæres. C.de litig.& ibi allegat glo.in d.l si suspecta.s̃.de inof.test.ponit etiam ibi Bald.Quid in criminalibus.vide Ang & Imo.in l.ab executore.§.fi.s̃.eo.& adde quod Per.de Anch.in cle.constitutionem.de elect.per illum text.tenet, ꝙ huic tertio obstet inepta propositio, & deductio principalis,& quantum ad persecutionem iudicij,ius tertij regulatur secundum ius principalis.& ideo si principali est præclusa via probandi,ita & tertio,alleg.Innocen.in c.cum super.& Compo.in c.1.& quæ not.in cap.2.in fi.de procu.in 6.sicut dicimus de contumace postea comparente,vt admitti debeat in eo statu, in quo causam inuenit,& non ad præterita iterare,vt no.ibi Inn.in c.2.de dila.adde Bal.in auth. hodie.in fin. C. eodem. & not. quòd vt quis possit adhærere appellationi alterius,pro suo interesse,requiritur ꝙ intra decem dies datos ad appellandum ratificet appellationem,secūdum Bald.in auth.hodie.ad fi. C.eod.Et inquantum dicitur , ꝙ appellans non potest renunciare in præiudicium eorum,qui adhærere possunt , adde ꝙ idem sequitur Bald.in c.1.C.si vnus ex pluribus appel.& dixi post Bar.in d.l.à sententia.s̃.eo.
d Alex.¶Elapsas dilationes.Vide Imo.in l.quidam.s̃ de re iud.
e Alex.Tertio præiudicet.Et vide d.Ant.in c.pen.de re iudi.& dixi post Bar.in l.2.s̃.iudic. sol.post Bar.in l.à sententia circa fi.prin s̃.eo.
f Alex.¶Tertio est videndum.Adde Bar.in l.pen.de peti.hæred.& idem in l.si alienam.in fi.solu.matrimo.

1 *Acta contra præsentem hæredem,an præiudicent illis , quibus præiudicaret sententia lata contra præsentem.*

§.Quoties. Snīa lata ɔ̃ testm̃ in contumaciam hæredis , nō facit ius, nisi ɔ̃ ipsum hæredem.h.d.Oppo.s̃.de
a inoff.test.l.Papinianus.§.fi.Sol hic hæres fuit absens, [a] ibi verò sen
1 tentia fuit lata causa cognita, contra præsentem. † Et concordat huic s̃.de inoff.test.l.qui repudiantis,§.cum contra testamētum.facit ēt l.Papinianus.§.meminisse.eo.tit. & l. præses.in fi. C.de pign.
b cum multis si. & hoc facit ad multa. Quæro , [b] licèt sententia lata ɔ̃ absentem non præiudicet alijs , an alia acta contra præsentem hæredem præiudicent illis,quibus præiudicaret snīa , si inter præsentes fuisset lata?Rñ.sic.Dixi in l.sæpe.s̃.de re iud. Facit qđ dixi in l.j.s̃.iudi. sol.Dicitur hic ꝙ potest agi aduersus eum,qui vicit.Hoc examinaui in l.3.in prin.& l.controuersia.s̃.de transa.

ADDITIONES.

a Alex.¶Fuit absens,&c.Vide Bar.in l.qui repudiantis.§.cum contra testamentum.s̃.de inoff.test.& l.si seruus plurium.de leg.1.
b Alex.¶Quæro.Vide Bar.s̃ ea.l.§.1.

LEX XV.

Serui Dominus , & alius potest appellare à condemnatione facta de seruo , & etiam ipse seruus in subsidium.h.d. Facit j̃.eo.l.Lucius.

LEX XVI.

1 *Latrones insignes,& concitatores seditionum,qui dicantur*
2 *Caporales factionum,id est,proditionum,dicuntur duces factionum.*
3 *Confessus & conuictus in criminalibus non apellat.*
Conuictus tantum vel confessus,appellare potest.
4 *Latro insignis,vel concitator seditionum, vel dux factionum , dum appellat , si negat se esse huiusmodi conditionis,iudex non cogitur appellationi deferre.*

Constitutiones. In tribus casibus hic expressis non auditur appellans.Alij ponuntur C.quorum app.non reci.p totum & plenius in Spec.de app.§.in quib.vbi
a isti casus melius examinantur, [a] q̄ alibi. ¶†Quæro, qui sint isti in-
1 signes latrones? [b] Rñdeo,hi,de quibus dicitur s̃.de pœ.l. capitaliū.
b §.famosos.fm Old.Quæro,qui sint seditionum concitatores?Dic,
c ꝙ illi,de quibus fit mentio.s̃.de pœn.l.capitalium.§. solent. [c] & l. si
2 qs aliquid.§.authores.& C.de seditio.l.j.¶†Quæro , qui sint duces factionum?Rñ.hic factio sumitur in malam partem, & accipitur hic pro proditione.vñ illi,qui sunt caporales alicuius proditionis,illi dicuntur duces factionum. hoc probatur C.ad legem Iuli.
d maie.l.quisquis.[d] in prin.Et intelligo hoc de qualibet proditione,
3 cum generaliter loquatur.¶†Quæro,vtrum [e] in istis casib.requi
e ratur,ꝙ sint confessi & conuicti,vt priuentur appellationis remedio?vr̃ ꝙ sic,C.quo.appel.non recip.in l.2.Alij dicunt & melius,ꝙ in istis casib. sufficit alterū tm̃.Et hoc tenet Dyn.& oēs.& iō dic,ꝙ qñq; quis est confessus & conuictus & tunc indistinctè non appellat.d.l.2.quo.app.non recip.& hoc est verum de ɔfessione,quæ fit
f ante sententiam: [f] secus de ea , quę fit post snīam ɔ̃ eum latam in causis capitalib. Aut est ɔfessus tm̃,vel ɔuictus tm̃: & non impeditur appellatio.¶Poterit enim in causa appellationis probare errorem suæ possessionis,vel aliam suam defensionem,vt no.j̃.eo.l.creditor.§.iussus.Fallit in casibus positis in hac lege.Quæro,quid si is qui appellat,negat se esse insignem latronem,& similia, vtrum poterit appellare?Puto,ꝙ ex eo , ꝙ sit condemnatus tāquam insignis latro,vel seditionum cōcitator,vel dux factionum,ꝙ sufficit vt iu-
4 dex non cogatur appellationi deferre , † ne executio impediatur, nisi iudex velit proprio motu. An tñ iudex debuerit deferre, vel nō deferre.veniet postea examinandum coram superiore.l.de pupillo.§.si quis riuos.s̃.de no.ope.nun.in ver.toties.

ADDITIONES.

a Alex.Melius examinantur.Vide Ange.in l.furti.s̃.de insa.& adde ꝙ non liceat appellare officiali,seu curiæ,siue tabellioni,seu executori condemnato,2.q.6.c.ei qui.§.sunt etiam quorum appellationes.vbi latè de hac materia.Item non licet appellare in casu l. j. §. si quis tutor.j̃.quando appel.sit.Item in casu l.j.& quod ibi no.per gl.paruam, de off.præfe.prætor.Item in casu l.1.cum ibi no.& l.arbitrò.s̃.qui satisda.cogan. Item in casu l.j.de rap.virgi.C.& ibi Salic.Et quid,si iudex inquirit in casu,in quo non debet, vtrum poterit à tali inquisitione appellari , maximè de iure ciuili,vide Bal.in l. 2.C.de episco.audi. Quid autem in crimine læsæ maiestatis,scripsi post Bartol. in l.si quis. §. hæc autem.s̃. de iniusto testament. & per Modern. Item non appellatur, vbi delictum est manifestum,& notorium,capitul.cum speciali.§.porrò.de appellatio. & Bald. in l addictos.C. de episc.audi.c.Romana.extra eo.in 6.& quod habetur in l.2.C.quo.app.vel si reperitur in flagranti crimine secundum Bal.in l.1.C.ex delic.defun. Item in casu l.cum reis. C.de pœ. Adde quæ habentur in l.prouinciarum. C. de fer. Et licet executio sit facta in persona,tamen licet appellare ad impediendam confiscationem,vide Bal.in d.l.j. C.ex delic. defun.& ad materiam adde per totum tit.s̃.quo.app.& per totum j̃. à qui.app.non licet. & hic gl.& vide quæ no.in l.fi.j̃.de app.reci.Item adde , quòd à sententia Regis non appellatur,secundum Bar.in prin.fforum.& in l.j.s̃.de offi.præfe.præto.
b Alex.¶Insignes latrones.Vide quæ dicta sunt post Bar.in d.§.famosos.
c Alex.¶Solent Et vide quæ ibi habes post Bar.
d Alex.¶L.quisquis.Et ibi vide quæ habes post Bart.& Bald.in l. quoniam. C. ad leg.Iul. de vi public.
e Ale.¶Quæro vtrum.Vtrum confessus tantum,vel conuictus possit appellare,vide Ang. in l.fi.§.iussus.j̃ eo.
f Alex.¶Ante sententiam.Hoc tenet gl.in l.non tantum.s̃.eo.

LEX XVII.

Cum in vna. Vbi duplex fertur snia, ibi duplex appellatio est necessaria.h.d.quod dic, vt dixi s.eo. l.si qui separatim.§.j.& §.fi.

a §. Tutor. Pendente excusatione tutoris, seu appellatione, interim pupillo dabitur curator: & curatoris pupilli autoritas ad adeundam hæreditatem nõ sufficit.ideo ad id ex cã tutor specialiter dabitur h.d.¶Op. C.de admi.tut.l.cum qdam. Sol.ibi loquit in curatore adulti.hic in curatore pupilli. Quæ est

b rõ inter tutorem,& curatorem pupilli, vt in gl.¶Quæro,qñ dabitur talis tutor, vtrum dabitur specialiter ad adeũdam hrditatẽ? Quidam dñt,q ñ,ne sit datio ɔ l.certarũ.C.de test. tut.Et sic vr tenere Gl.in l.si hæreditas.in prin.s.de test.tut.Alij,vt Iac. de Are.dicunt q hoc casu dabitur specialiter tutor ad hunc actum,l.impuberi.s.de tut.& cur.dat.ab his.& hoc placet.

ADDITIONES.

a Alc.¶Tutor.Vide Gul.& Bar.in l.si nemo.s.de test.tut & quod no. Bar.in l po tuit.C de iur.delib.

b Alex.¶Quæro,qñ.Vide Bar.in l.si hrditas.de test.tut.& Bal.in l.certarũ.eo.tit.

LEX XVIII.

Lucius. Dñs appellationem q interponit pro seruo, potest prosequi per procuratorem.h.d.Hoc examinaui in l.penul.§.ad crimen s.de publ.iudi.

LEX XIX.

1 *Sententiæ,quando cognoscitur de viribus,an debeant ex eisdem actis iudicari.*
2 *Appellatum si fuit,& sententia quæ erat nulla, fuit per iudicem appellationis confirmata,quando poterit iterum dici nulla.*
3 *Sententia in casibus,in quibus expressè confirmari non potest,an tacite videatur confirmari,ita q appellans non possit de nullitate dicere.*
4 *Appellatio,dico sen entiam nullam, & si qua est appello,an valeat. vbi,quòd casu iudex admisit talem appellationem.*
5 *Appellatio an fiat extraiudicialis.*
6 *Libellus appellationis,qui producitur coram iudice ad quem,procedit,licet dicatur dico sententiam nullam,& si qua est,appello.*
7 *Nullitas & iniustitia in appellatione,quando simul prosequi possint.*
8 *Sententiandi practica in causa appellationis, quando dictum sit, dico sententiã nullam,& si qua est,appello.*
9 *Libellus in causa restitutionis in integrum an procedat,dico sententiam nullam & si qua est,restitui,quòd sic,& consuetudo approbat.*
10 *Causa appellationis,& nullitatis si simul proponuntur, an deserta appellatiõe ex aliqua causa,videatur deserta nullitas.*
11 *Causa nullitatis deserta,quando officium primi iudicis non impeditur in executione primæ sententiæ.*
12 *Nullitas cognoscitur duobus modis.*
13 *Officio iudicis agitur quando principaliter agitur de nullitate.*
14 *Coram quo iudice agatur quando principaliter de nullitate agitur.*
15 *Causa appellationis sicut deuoluit totam causam ad superiorem,vt possit sñiam reformare,ita & causa nullitatis.*
16 *Causa nullitatis,si est prosecuta ab eo,qui causam nullitatis,& appellationis simul proposuit,& in ea succubuit, an possit appellationem prosequi.*
17 *Actor qui pro se obtinuit sententiam,an poterit principaliter petere eam confirmari,sicut condemnatus potest agendo principaliter dicere nullam.*
18 *Iudex qui adiitur,vt sñiam cõfirmet,quando poterit dicere sententiam nullam.*

Si expressim. Snia,q ptinet expssum iuris errorẽ,ẽ nulla,& appellatio ab ea ñ est necessaria,& si appellat,& deserat appellatio,snia ñ pfirmat.h.d.Primò ponit dictũ. Scdò illud declarat.Tertiò infert ad declarõnẽ nouæ qõnis. Scda ibi,ñ iure.Tertia ibi,vñ si qs.Et in hac tertia pte sic infert Iuriscõ. ex eo q dictũ ẽ,appellationẽ ñ eẽ necessariã,& sic si nullo mõ appellet,nõ nocet, multo minus nocebit snia si appellet,& deserat. ¶Op.ad primũ de l.pses.& l.cũ platis.de re iu.So. vt i qualibet earũ.no.Op.ad fm,q p appl'onẽ snia pfirmet,l.cũ minor.§.j.s.rẽ ra. hab.So.Dicit gl.ibi valuit iudiciũ inter litigãtes,licet ñ in piudiciũ dñi:hic nullo mõ.Tu dic, q ibi erat snia nulla solũ rõne defectus psensus dñi,sed appellãdo psentit:ergo,&c. hic snia erat nulla ex

1 alia cã.Simile dicimus C.de test.l.ñ est dubiũ.¶†Quæro,dr hic,q cã de nouo induci pt,an ex eisdem actis:Gl.hic disputat, & finaliter determinat,q ex eisdem actis.Itẽ in l.si vt pponis.j.C. quõ,& qñ index.Cõtrarium vr no.in l.cũ qrebat.s.de re iu.Dic,q qñq; defe-

a ctus,aex quo snia est nulla,respicit vniformiterbacta,siue snia, vt

b si litigatum esset cum minore indefenso, tunc oĩa de nouo dẽnt-

c feri.ita pt intelligi clex pria.qñque defectus respicit sñiam,dsolam

d vt qa fuit lata die feriata,vel parte nõ citata,& siñia, & tunc ex istis actis dẽt iterũ iudicare,vt hic.& ita intelligit hæc gl. & leges allegatæ in ea.Qñq; defectus respicit sñiam,& partẽ actorũ,vt qa decessit reus,& pcessum est p eũ mortuũ vsque ad sñiam:certe acta postea facta,& snia sunt ipso iure nulla, sed ea q pcesserũt,valẽt,l. pen.j.q sen.sine appel.rescin.& ita pt itelligi gl.in d.l.cũ qrebat,&

2 ibi de hoc dixi.¶†Scdò qro.qd si sñt appellatũ,& p iudicem ap

e pl'oni sñia,q erat nulla,pfirmata,an poterit adhuc nulla dici:Gl.dt hic idist non pñt pfirmari.allegat l.cũ q.C.de inof.test.Dy. alle.s.de test.tu.l.iure nro.& s.e.l.si pstat.& q ibi no.&C.de iu.fis.l.instat.Gl. huic pria hẽmus.C.qñ puo.ñ est nec.l.j.vbi distinguit: Aut iudex

f pnunciauit appellationẽ iniustã inserta cã:qa snia est nulla,&nõ pfirmat eã,vt hac l.si expressim,nisi in casu l.3.§.falsus.s.rẽ ra.hab. vbi ex sola appellatione snia pfirmat. Sed si cãm nõ adiiciat iudex sed simpliciter pronunciet male appellatum, vel appellationẽ nõ tenere,cõfirmare vr sententiam,maximè si appellator dicat in appellatione,dico sententiam ipso iure nullam,& si qua est, appello. Cã.n.appl'onis,est qõ principalis,& in ea incidenter qritur de nullitate.Ita dicit gl.in d.l.j.Dy. volens reducere ista ad concordiam, qñque dixit sic.Aut ille q appellauit sciebat sñiam nullam, & tũc cõfirmat,vt in gl.pria:secus si ignorabat,vt hic.Et istam opi.tãgit Spe.in ti.de sen.§.iuxta.vers.vtrũ appellãs à sententia.& ver.seq.Sed

g hæc opinio non est vera. g Nam partis cõsensus non pt validare sñiam,vt valeat vt sñia:sed bene posset facere q valeat vt pactum. l.j.C.commu.vtriusque iud.Facit,q dicimus in testõ. C. de test.l. nõ est dubiũ.& q no.p gl.in l.vni C.q p sua iurisdi.sed male,vt ibi p Doc.Vel aliter dicit Dy.Aut super appellatione fuit disputatum de nullitate,& tunc vr cõfirmari.Ita vr loqui glo.l.pria:alias secus & ita loqtur gl.ista,arg.l.si ex testõ.& l.si cũ testõ argentũ. in prin. & l.si mr.§.eandem.s.de exce.rei iud. Sed istud videtur p glo.legis cõtrariæ,q dicit,maximè,& dicit nullam,& si qua est appello. Vñ Fran. Accur.q tenuit istam opi. quam vlt.posuit Dy. dicebat, q illud maximè,abundat.Sed hoc videtur p mentem illius gl.quæ videtur velle,q siue expressè dicatur,siue nõ, in cã appellationis incidenter quærit de nullitate, probatur s.fam ercisc.l.qdam.& de iure pat.l.Carmelia.Vnde alij se referunt ad processum dicentes. Aut quis est psecutus cãm nullitatis,aut non,& si nõ est psecutus,iudex de hoc nõ vr pronunciare. C.de iud.l.licet. Mihi videtur

h sic dicendum.Qñque si sententia prima est ipso iure nulla,expresso errore in sententia,& tunc iudex appellationis non potest illã cõfirmare:qa idem error esset in scda,q est in prima,casus est in l.j. quæ sen.sine appe.rescin.& ita loquitur hic gl. referendo ad legẽ illam.Si vero erat nulla aliàs,tunc si quidem iudex dicat simpl'r appellationem nõ tenere,vel male appellatum esse, nec dicat benè iudicatum,seu iustè iudicatum fuisse,tũc prima snia nullo modo

i vr pfirmari:quia eius verba i hoc nõ sonant,& verba sñiæ debent

k stricte intelligikprout iacent.l.j.C.si plu. vna sent.& s.de libe.cau.

* l.diui.& l.si à te.de exce.rei iudi.Isto casu* coniungerem opinionẽ tertiam:quia sententia semper refertur ad acta,dico probatoria,ñ petitoria,vt C.de senten.quæ sine certa quantitate.l.3.& l.ait prætor.§.j.& in summa s.de re iudic. Nec curo an in libello dato iudici à quo,vel ad quem facta sit mentio de nullitate,per supra dicta, quamuis glo.dicat maximè,in l.j.C.quando prouo.nõ est necesse.an vero sit psecutus causam nullitatis.licet non dixit in libello dico nullam,quia vtroque casu confirmatur:alias si fuit dictum in libello,dico nullam,nec fuit prosecutus causam nullitatis,tũc nõ puto q sententia præiudicet de nullitate.l.cum qui.C.de inof.testa.& in cle.j.extra de re iudi. & est ratio: qa præsumitur, quòd iudex

ADDITIONES.

a Alex.¶Quando vero defectus,si prima sententia fuit nulla,an secundus iudex debet cognoscere de ea ex eisdem actis,vide tex.no.in c.cum ad sedem.de resti spol.vers.rios priores acta iudicij,&c.& vide Bar.Ange.& Imol.in c.cum quærebatur. s. de iud.vbi omnino vide quæ no.hic Mod.

b Ale.¶Vniformiter.Vide Bar.in l.cum quærebatur.s.de re iu.l.si vt proponis.C quomodo & quando iudex.Spe.& Io.An.in tit.de sen.§.iuxta.versi.sed si causa.& vide d. Ant.& Imo.in c.in literis.de offi.deleg.quos omnino vide ad limitationem eorum,quæ hic dixit Bar.

c Ale.¶Potest intelligi.Vide in l.j.§.libelli.s.eo.aliquid de materia huius §.

d Ale.¶Respicit sententiam.Et de hoc meliusquam alibi,in l.si vt proponis.C.quomodò, quando iudex.

e Ale.Secundò quæro.Si de facto fuit appellatum à sententia nulla, iudex appellationis primã sententiã nullã confirmat,an amplius dici poterit de nullitate, vide quæ no.Bal. in l.j.C.de sen.ex breui rec.& per Pau.de Leaz.in c.si litibus.de do.& cõtu.Adde q Spe. in ti.de sen.prola.§.iuxta versi.sed quid si à sententia.tenet non confirmari.

f Ale.¶Pronunciauit.an appellans à sententia nulla,eam confirmet, vide gl.Bar. & Doc.in l.j. C.quando prouo.

g Alex.¶Non est vera.Adde Bar.in l.j in fi.s.de fer.Et consensus partium non potest validare sententiam,nisi &c.vide gl.in c.significasti.de foro compe. quam bene not.& vide tex.in c.cum dilecta.de confir.vti.vel inuti.

h Ale.¶Sic dicendũ & vide Bal.& Imo.in l.legata inutiliter,de leg.j.& Bar.in d.l.j.in prin. quæ sen.sine appell.rescin.hic alleg.

i Ale.¶Eius verba.No,q hæc verba sententiæ dẽnt stricte intelligi.Adde eundem Bart. j. eod.l.versi.quatto vide adum.gl.in l.& puto.fam.erci. & q no.Bar.in l.j.C. de neg.gest. & vide ibi,quæ dixi.Vide Bar.in l.j.quam alleg.C.si plu. vna sen. & ibi adde quæ habes post eum Bar.in l.j.quando prouo. versi.circa tertium.an iudex appellationis ibi,Si vero erat nulla.vbi verbis eisdem,quibus hic,vtitur.

k Pom.¶Stricte intelligi.Facit gl.in l.pe.s.qui sunt sui vel alie.iur.& no.Imo.in l.qui ante calendas.s.de verb.ob.& Pan.consi.3.xj q.vol.2.& Cal.71.in versi.4.& lxxij.in xj dubio. & Alex.122.col.3.ibi late ponit,de hoc,an iudex appellationis possit sententiam refrenare.

* ¶Isto casu.Omnia quæ sequuntur ab isto versi.isto casu,vsque ad versi.sed si adiiceretur.videntur superfluere,sunt enim repetita j.ver.videndum est in casibus &c.& ibi melius eadem,quæ hic.aut & in exemplaribus Bar.manu scriptis non reperiuntur, & bene.Legas ergo continuatiue verba,quæ præcedunt versic.isto casu iungendo versi. sed si adiiceretur,& habebis claram doctrinam Bar.

dex pronunciauit benè iudicatum, respectu iniquitatis non nullitatis, quam ignorabat e sse. Sed si adiiceretur in sententia, pronuncio benè iudicatum, & malè appellatum, tunc benè videtur sententiam confirmare. l. eos. C. de appella. & sic debet intelligi glo.
3 d. l. j. C. quando prouoc. non est necess. ¶† Videndum a est, an in
a casibus, b in quibus sententia non videtur confirmari expressè, vi-
b deatur confirmari tacitè, ita quòd appellans non possit dicere de nullitate? Respondeo, aut appellans dixit, dico sententiam nullam & si qua est appello, prout dicitur in gl. d. l. j. vel causam nullitatis expressè est prosecutus, & tunc de nullitate iterum quæri non poterit, cum semel sit de hoc iudicatum, & quæsitum. l. 2. C. ex fal. instru. & l. fi. C. de fid. instrum. Nam etiam cum pronunciatur malè appellatum, videtur pronunciari dictam sententiam non esse nullam quando appellando dixi, sententiam esse nullam, & si qua est, appello, vel causam nullitatis prosecutus sum, vt infra dicam. Sed si de nullitate non fuisset dictum, neque quæsitum, poterit de nullitate postea dicere, arg. C. de inoffi. testa. l. eum qui. & s. de peti. hę re. l. legitimam. & est hodie expressum extra de re iudic. c. j. in cle. Nec obst. si dicit, quòd in appellatione venit nullitas, etiam si non exprimatur: quia dico, quòd venit incidenter, & ea quæ incidenter veniunt in vno iudicio, si in eo plenè non examinantur, veniũt in alio. l. sed si ante. s. de excep. & l. pe. s. de his qui sunt sui vel alieni iur & quod ibi no. Et prædicta vera, quando pronunciatur malè appellatum propter defectum iustitiæ: secus si propter cursum fatalium, quia tunc dic. vt j. dicam. ¶† Tertiò quæro, c ad declaratio
4 nem prædictorum: vtrum valeat talis appellatio, dico sententiam
1 in tertia parte. Cætera sunt plana. ¶ † In prima pte dr̃, municipẽ. q̃ro, qualr̃ intelligat hoc nomẽ municeps? Gl. C. de inco. l. ciues.
a dicit, q municeps est nomen generis: a ciuis, & incola sunt nomina specierum: & idem dicit Dy. In ꝯriũ vr̃ hæc rubrica, q̃ dicit ad municipales, & de incolis. quasi incola sit species p se distincta à municipe. Pro hoc quia in C habemus rubric. de municipib. & originariis, per se: & rub. de incolis, per se: ergo sunt diuersa, vt C. de codic. l. si idẽ. Credo glo. dicere verũ, q incola est spẽs ad muncipem, vt probatur in l. filij. §. municeps. j. e. tit. nec est incongruum, vt q̃nq; cadat copula inter genus, & speciem, vel q vna rub. fiat de genere, alia de specie, vt in multis partib. iuris. Dico tñ latius, q verbum, ciuis, non põt adaptari omnib. municipib. vt puta aliquis est oriundus de quodam castro libero, hic nõ poterit dici ciuis illius castri, nec incola, sed appellabit municeps hoc nomine gñali, vel originarius, vt C. de muni. & origin. sup rub. & sic apparet, q hoc nomẽ, municeps, est genus ad ciuẽ ciuitatis, & ad castellanũ alicuius castri ꝯstitutũ origine, vel con-
2 stõne, vel quo alio mõ ꝯprehẽdat ẽt vt dictum est. ¶ † Sequitur in tex. natiuitas, vides, q natiuitate quis effici ciuis, & dicit gl. q
b natiuitate paterna, vel propria, vt j. e. l. assumptio. b & ibi dicã. Itẽ q nascitur in comitatu, in aliqua villa, vel castro subdito ciuitati,
3 effici ciuis illius ciuitatis, vt j. e. l. q ex vico. ¶ † Sed circa hoc dubitat vtrũ comitatensis natus in ciuitate sit ciuis: vel ciuis natus ĩ comitatu sit comitatẽsis: vel forẽsis filius natus ĩ comitatu, sit comitatẽsis?

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Municeps est nomen generis. Adde Bar. in l. ciues. C. de incol. lib. 10.
b Ale. ¶ L. Assumptio. Qui nascitur in castro, dicitur ciuis illius ciuitatis, vide Bart. in l. non dubito s. de cap. & in l. 2. de verb. sig. Et an comitatẽsis natus in ciuitate sit ciuis, & ciuis, natus in ciuitate sit comitatẽsis, vide hic Bar. & adde quòd Cyn. & Angr. & Bal. no. in l. huiusmodi. §. legatũ. de leg. 1. per illum tex. dicũt, q si vxor alicuius existens pere gre, peperit partũ Florentiæ, non debet talis filius censeri origine ciuis Florentinus, nec quo ad munera, nec quo ad honores. sed Imo. ibi inclinat in contrariũ per hanc l. & l. ciues. C. de incol. lib. x. & ibi no. forte melius. Et facit etiam ad aliud secundum Bald. ibi. & ibi dixi post Imo. Sed pone aliquis est natus de castro Centi, qd est de episcopatu Bononiensi, an dicatur Bononiensis, vel forensis. vide no. Iac. But. & Bal. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & adde Barto. in d. l. ciues. & ad primum dictum, s vide, qd dicit Bart. in l j. C. de municip. & orig. lib. x. Adde an filius comitatẽsis natus in ciuitate sit ciuis, Bar. con. 172.

mitatenſis? Quidam dicunt ꝙ ſic,quia inſpicitur origo, vt hic,cũ
4 ſi.¶†Ad declarationem iſtius quæſtionis oportet te alia ſcire,v-
trum de iure communi aliqua ſit dr̃ia inter ciuẽ, & comitaten-
ſem? Rñ.ſic,quia comitatenſis tenetur ad maiora onera. poteſt
n.ei imponi collecta pro ea parte quæ vocatur capitatio, quæ ci-
uib. non põt imponi,vt C.de capi.ciui.cen.exhi.l.j.li.xi.& ibi no.
& C.ne ruſti.ad vllum obſequi.deuo.l.j.eodẽ lib. Hoc ẽt faciunt
a ſtatuta[a] ciuitatum,vt vides.Nunc ad propoſitum debetis ſcire. qđ
tam ciuis q̃ comitatenſis dr̃ ciuis, ſed pſona comitatenſis eſt ob-
noxiata quodam nexu, ſ.quodã munere,vt maiora munera ſub-
eat,vt vidiſtis,ſed in iſtis ſic obnoxiatis ñ inſpicitur locus in quo
naſcitur,ſed perſonæ ex qb.oriuntur vt l.cum ſatis.in prin.C.de a-
gri.& cenſi.lib.xj.& ſic natus ex ciue vbicunque naſcatur erit ci-
uis.Item natus ex comitatenſi,vbicunque naſcatur erit ciuis co-
b mitatenſis:natus vero ex nõ comitatenſi erit ciuis[b] nõ comitatẽ-
ſis, qa nõ ex parentib. comitatenſib. Vtrum aũt in prædictis in-
ſpiciatur condõ patris,vel matris de iure cõi , dicam alias in hoc
5 tractatu.¶†Quæro,aliquis ẽ natus in quodã caſtro ſubdito ciui-
tati Peruſij,q̃ eſt in Tuſcia,tñ caſtrũ eſt in ducatu , non eſt dubiũ
quod iſte naſcitur ciuis Peruſinus,vt ĩ.e.l.qui ex vico.Sed dubita
tur vtrum iſte erit tuſcus,vel erit ducanus. Pro huius declaratio-
ne dẽtis ſcire,ꝙ municeps poteſt quis dici reſpũ ciuitatis,& ratio-
ne prouinciæ. Vñ eſt quædã patria cõis, vt tota prouincia, q̃dam
c patria ſingularis,[c] vt ciuitas propria,vt l.Roma.ĩ.eo.ti. & not. per
gl.in l.hoſtes.s̃.de cap. l.prouinciales.ĩ.de verb. ſign.& C.de nat.
li.l.3.& l.vxor.§.legauerat.de leg.3.dico ergo quòd eſt Peruſinus
quantum ad munera ciuitatis,ſđ q̃tũ ad munera ꝓuĩcialia,dicer̃
ducan⁹ ĩ qua ꝓuĩcia ẽ caſtrũ,vnde ſibi origo ẽ. Et iõ ſi q̃ collectæ
ĩponant̃ hic ꝑ onerib. ꝓuincialib.ñ debẽt ſubir̃ illi q ſũt ĩ ducatu,
6 vt d.ll.l3 de facto ñ ſeruet̃.† Quæro,ciuitas iſta diſtĩguit̃ ꝑ portas,
& ꝑ parochias,vtrũ nat⁹ ĩ aliqua porta,vel parochia dẽat dici đ illa
porta vel parochia.rõe originis? Videte,ciues ciuitatis ſũt vnifor-
mes,& ciuilitas,q̃ ꝑ originẽ ꝯhit̃,ẽ vniformis toti ciuitati,vt ĩi p3,
& s̃.dictũ ẽ.diſtĩctio verò portarum & capellarũ fit gratia maio-
ris notitię & gratia facilioris diuiſionis de honorib. & munerib.
faciendis,vt l.nam ſalutẽ.ĩ.de of.p̃f.vi. ſicut dicimus de agro qui
diuiditur gr̃a vberioris culturæ,[d] l. Caius. §.Titius. s̃.de le. 2. Et iõ
natiuitas ĩ aliqua capella, vel porta non facit eum illius portæ vel
capellæ:ſed iſta diſtĩctio fiet,vt ĩ qua capella mũera ſubit, illius ca-
pellæ dicatur,ar.ex de paro.c.fi.vel dicatur illius capellæ in qua ip
ſe habitat;vbi magis conuerſat̃,l.eius q.§.j ĩ.e.& ita de fcõ ꝯſuluit
7 Ia.Bu.l3 ñ ꝑ iſtas ll. Seq̃ aut manumiſſio.Dicit gl.†manumiſſ⁹ ſe-
q̃tur originẽ manumittẽtis,ñ ei⁹ q iuſſit manumitti;vt C.e.l.2.lib.
8 x.& ꝓbat̃ ĩ.e.l.libertus.§. ex cã.† Scđò q̃ro vtrũ baptizatus ſi effi-
ciat̃ ciuis hui⁹ ciuitatis? Vr̃,nã ꝑ baptiſmũ qs liberat̃ à peccato, &
ſeruitute,qua tenebat̃ Satanæ, & Angelis eius,ergo vr̃ quaſi ma-
numiſſio:ꝑ ꝯſeq̃ns vr̃ ꝙ ꝯhat̃ ciuilitas.Videte,ñ credo ꝙ q̃tũ ad tẽ
poralia,ꝑ baptiſmũ ꝯhat̃ ciuilitas:qa certi ſũt modi,ꝑ quos ciuili-
tas ꝯhit̃,vt ĩi,& d.l.ciues C.de ĩco.li.x.ĩter quos ñ ẽ,ſed q̃tũ ad ſpi-
9 ritualia r̃liquo Canoniſtis.Seq̃ † ĩ tex.aut adoptio.Per adoptiõẽ
qs ſequit̃ originẽ adoptãtis,nec ꝑ hoc ꝑdit ſuã primã originẽ, vt
ĩ.e.l.ordine.§.fi.& durat iſta qualitas donec durat iſta adoptio,l.ſđ
10 ſi is.ĩ.e.ti.†Iuxta p̃dicta q̃ro,vtrũ forẽſis factus monachus S.Pe-
tri vel canonicus S.Laurẽtij huius ciuitatis,efficiat̃ ciuis hui⁹ ciui-
11 tatis. Anteq̃†declarẽ iſtã q.oportet ꝙ multa videamus.Primò,an
ciuis huius ciuitatis,q efficit̃ monachus vel aliter religioſus, deſi-
e nat[e] eẽ ciuis? Rñ.ñ:qa ꝑ monachationẽ qs ñ ꝑdit iura ciuilia,l.deo
nobis. C.de epiſ.& cle.Itẽ ille q monachat̃ aſcẽdit ad maiorẽ ſta-
tũ,vt in Aut. de monac. ĩ pr.ſed ꝑ dignitatẽ ſuꝑueniẽtẽ prima ci-
uilitas ñ tollit̃,l.filij libertorũ.§.ſenatores ĩ.e.& s̃.de ſẽt. l.pe. Ita ꝑ
monachationẽ ñ deſinit eẽ ciuis.& licet ñ teneat̃ ad munera rea-
lia.vel pſonalia,ñ min⁹ ꝑꝑ hoc dr̃ ciuis, vt hac l.ver.ſed nũc.eſt.n.
12 ciuis priuilegiatus.Quæro†[f] ẽt,an capitulũ alicuius eccleſiæ Pe-
f ruſinæ dicat̃ ciuis huius ciuitatis? Vos ſcitis,ꝙ capitulũ ẽ pſona re-
p̃ntata,l.mortuo.s̃.de fideiuſ.Si ergo iſta pſona repſẽtata originẽ
habuit hic,qs dubitat ꝙ rõne originis erit ciuis? Certè ciuis erit,vt
hic.Sed ſi eẽt capitulũ,quod alibi habuiſſet originẽ.exẽplũ,capi-
tulũ Hieroſolimitanũ venit ad ciuitatẽ iſtã,& poſuit ſe in eccleſia
S.Lucæ,certè capitulũ hẽt hic domiciliũ rõne incolat⁹, ñ aũt eſt
13 ciuis qa nec origine.nec alio mõ qs ciuis ꝯſtituit̃.† Quæro ẽt[g]
g ſi aliquis forenſis efficiatur Abbas ſancti Petri,an erit ciuis huius
ciuitatis. Idem quæro de rectore cuiuſlibet eccleſiæ? Videtur ꝙ
ſic,& videtur caſus extra de temp.ord.in c.cum nullus lib.6.Præ-
terea miles. qui eſt poſitus in aliquo loco ad exercendam militiã
efficitur ciuis illius loci.l.municeps definit. §.fin.ĩ.eo.& ita intel-
h ligit gl.[h] d.l.ciues.C.de incol.li.x.ergo præpoſitus regimini alicu-
ius eccleſiæ,illius militiæ ratione efficitur ciuis. Præterea non eſt
dubiũ,quin Abbas efficiatur de capitulo,ſed capitulũ eſt ciuis, vt
dixi ergo &c. Præterea,vir trahit ad ſe vxorem ſuam,vt efficiatur
ciuis illius ciuitatis,vnde eſt vir,vt l. fi. §.item reſcripſerunt.ĩ.eod.
ergo eadem ratione eccleſia trahit ad ſe prælatum,vel Rectorem
14 ſuum,quod puto verum. † Ad propoſitam quæſtionem reſpon-
deo,ꝙ monachus efficiatur ciuis illius ciuitatis per monachatio-
nem,ſicut per adoptionem, Tranſit enim in poteſtatem capituli,
& in poteſtatem Abbatis,qui ſunt ciues,vt s̃ dictum eſt. Verum-
tamen iſta ciuilitas durat,donec durat adoptio, & ſic ſi de illo ca-
pit. recederet,& tranſiret ad aliud capitulum, vt faciunt fratres p̃-
dicatores,minores,& eremitę.deſinerent eſſe ciues huius ciuita-
15 tis,& eſſent ciues illius capituli,in quod tranſierunt.¶ †Sequitur
in text.& propriè quidem.Hic no.ꝙ ſecundum etymologiam vo
cabuli,municeps dicitur quaſi munerum particeps: & ſic vides ꝙ
ꝓpria ſignificatio aſſumitur ex etymologia vocabuli,de quo ple-
ne dixi in repetitione l.omnes populi.in tract.ſtatutorum.s̃. de iu.
16 & iur.& in l.j. s̃.de teſtam.& l.tignum.ĩ.de verb.ſig.¶ † Secundò
no.ꝙ aliqui poſſunt recipi in ciuitate,vt munera nobiſcum faciãt
& ſic receptione contrahitur ciuilitas,vt hic in textu , dum dicit,
recepti in ciuitate,&c.poſſet etiam hic text.intelligi aliter,vt dica-
tur recepti in ciuitate, ſcilicet, ipſo facto, per eos modos qui po-
nuntur in principio legis:tamen prior lectura magis placet,vt re-
ceptione propria ex contractu habito cum aliquo ciuitas ſibi fa-
ciat ciuem.Hoc videmus ſeruari de conſuetudine.Hoc probatur
in l.ædificia.cum ſua glo.ĩ.de verb.ſig.Hoc modò intellige d.l.ci-
ues. C.de incol. lib.x.vbi dicitur ꝙ ciues facit origo,manumiſſio,
adoptio,& electio.Nam ibi recitatur iſta lex. In eo verò,quod ibi
dicitur de electione,intelligo conuentione,vel conſtitutione ci
uitatis facta cum aliquo , licet gloſſa ibi aliter intelligat,licet etiã
intellectus gl. ibi poſitus ſit verus in ſe. ¶ Veniamus ad tertiam
particulam.Dicitur ꝙ etiam illi,qui non ſubeunt munera,dicun-
17 tur municipes,ſed abuſiuè & impropriè. †Quæro vtrum[i] ſtatuta
i quæ loquuntur de ciuibus habent locum in illis ciuibus,qui mu-
nera non ſubeunt? Videtur ꝙ non:quia debent intelligi ſtatuta ſe-
cundum propriam ſignificationem,vt in l.j.§. ſi is qui nauem. s̃.
de exer.l.non aliter.de le.3.& ĩ.eo.l.ꝯſtitutionib.Sed illi non dñr
propriè ciues vt hic:ergo,&c. Contrarium dico Fateor ꝙ non di
cuntur proprie municipes . Cum enim non ſubeant munera, re-
pugnat alluſio vocabuli,ſed propriè dicitur quis Caſtellanus,ſeu
terrigena illius ciuitatis,caſtri,vel terræ. Et hoc probat iſte textus,
dum dicit,ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues,&c.& ſic innuit ꝙ verè,&
propriè dicitur ciuis,licet non propriè municeps.¶Veniamus ad
quartam particulam Hic habes ꝙ quis ſeq̃tur originẽ patris,nõ
18 originẽ matris.†Quæro quid in comitatenſibus,vtrum natus ex
19 matre comitatenſi,ſit comitatenſis? Dicam ĩ.eodem.leg.eius qui
k iuſtum. Secundò ex iſta ꝑti. not. quòd † idem eſt dicere[k] Peruſi-
nus

ADDITIONES.

a Ale.¶Faciunt ſtatuta.Adde no.in ſimili per Bar.ĩ.eo.l.fi.§.item reſcripſerunt.in ver.vl
terius quæro.

b Alex.¶Erit ciuis.Et hic adde quod no.bar.in l.2.ĩ.de verb.ſig.in q.an priuilegia cõceſ-
ſa ciuibus,extendantur ad comitatenſes.

c Ale.¶Patria ſingularis.Adde bar.per illum textum in l.& qui.in princip.ĩ.de munerib.
& honorib.

d Alex.¶Vberioris culturæ. Vide Bar.in l.quod conclaue.s̃.de damno infec.in fi. & no.cu
ius capellæ quis dicatur,facit optime,quod dixi poſt Bar.in l.quibus, §.j.s̃. de condi.
& demon.

e Alex.¶Religioſus deſinat.An per monachationem quis deſinat eſſe ciuis , adde quod
dixi poſt Bar.in l.in prouinciali.in fi.s̃.de ope.noui nun.

f Barb.¶Quærd.Adde Old.in conſi.30.vtrum ſacerdos ſit de vniuerſitate.& ꝙ ciuitas di
uiditur in tres partes vide ibi.

g Alex.¶Quæro etiam.An prælatus efficiatur ciuis,vide Bartolum in l.hæres abſens.in
fi.s̃.de iudiciis.& no.Inno.in c.ex ore de priuile.& quod no.Inno.in c.fi. de eo qui mit
ti.in poſſeſſ.cauſa rei ſeruan.& no.in c.dilecti.ij.de reſcr.& in c.ex parte. de fo.comp.&
quod no.bar.in l.municeps definit.§.miles.ĩ.e.

h Ale.¶Intelligit gl.Hoc idem tenet in l.filios.in prin.C.de muni.& ori.li.x. & alle l. j.C.
de cap.ibi tñ hoc nõ audet affirmare.Hanc tñ opi.ſecutus eſt Pau. de Ca.in d.l.hmõi.
§.legatũ.de leg.j.in lec.Bonon.ſđ idẽ Pau.de Ca.in lect.Pad.cõtrariũ t3,opi. Im. ſecu-
tus,&ad dictum §.legatum.rñdet.quod illud ideo ibi,quia alias fraudaretur mens de-
functi,quia prodeſſet partum naſciturum eſſe in loco,in quo ancilla mater ſucceſſerat
& fieret præiudicium legatario,vt etiam dixit ibi bal.in ſuo ſummario, & ita de facto
ſeruatur ſecundum Pau.de Caſtr.& dicit ꝙ ita fuit de facto Paduæ,pro quo etiam fa
ciunt no.per gl.& doc.in l.aſſumptio.§.j.ĩ.eo.& d.l.filij. Hanc opi. etiam tenet Raph.
in d.§ legatum.et in l.cætera.§ fi.de leg.j.et ita dicit fuiſſe conſultum , et refert ita te-
nuiſſe do.Chriſt.de Caſt.alle.d.l.aſſumptio.& l.filio,quẽ pater.s̃.de lib.& poſth. et quia
quo ad diſpoſitionem legis non attenditur hominis deſtinatio.d.l.cætera.§.fi.et l.is q.
C.de fur.et ita tenet Ale.in d.§.legatum.

i Ale.¶Quæro vtrum Statutum loquens de ciuibus, an habeat locum in his , qui non
ſubeunt munera,vide quod no.bar.in auth.ſed omnino.C.ne vxor pro mari.et Bal.in
l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.et ibi etiam qui dicantur de patria , et de terra.Et ad mate-
riam adde gl.et ibi bar.in l j.s̃.de tut.et cu.da.ab his.

k Alex.¶Idem eſt dicere.No.ꝙ idem eſt dicere peruſinus,& de Peruſio. & adde Bart.&
Imol.s̃.ſolut.matrim.in Princip & latè Bar.in tract. repreſaliarum. in vj.q. & in l. 2.
ĩ.de verb.ſig.Adde ꝙ gl. 85. diſt.c.Archidiaconum.dicit ꝙ Florentinus dicitur,qui eſt
inde natus.Facit de excuſ.tut.l.ſed & reprobari.in ver.Comaneus.& de tu.& cu. da.ab
his,l.j. in fi.& dicit Bal.no.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ Floren
tini habeantur pro Peruſinis,hoc nomine ſignificat originem.Secus ſi dicat habeantur
pro ciuibus:quia tunc poteſt referri ad quemcunque receptum ad vtilitatẽ Facit quod
ipſe no.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.Sed ꝙ appellatione ciuium veniant tãtum origi-
narij,tenet Bal.in l.ciues.C.de app.quod dicit no.pro repreſaliis.

nus,& ciuis Perusinus seu municeps Perusinus vt ĩ hoc ver. q ex duob.& in ver.sd & si ex p̃re.& C.e.l.j. qd ẽ verũ,si Perusinus assumat, vt nomẽ appellatiuũ.Nã si aliqs ꝓprio noĩe vocaret Perusinus,ñ seqr,ergo est ciuis Perusinus,vt j.e.l.vlt.§.pe.Idẽ puto si dicat,talis de Perusio ꝙ itelligat, i.ciuis Perusinus.Idẽ.n.ẽ dicer,de Perusio,& Perusinus,vt ex̃ de spõ.c.j.& est tex.& gl.s.de excu. tut. l.sd & reprobari.§.amplius.versi. si.n.in gl.sup verbo,Comaneus aliàs,Cumanus.Licet.n.p̃dicta verba importẽt aliquem esse ciuẽ Perusinum, videtur quòd non importent de necessitate ipsum eẽ habitatorẽ in Perusio,vt C.e.l.j.licèt in ɔ̃riũ faciat, j.de verbo osig.l.puniciales.dic vt ibi.Veniamus ad quintã particulã.† Hic hẽs,ꝙ ex priuilegio p̃t ɔcedi aliqb.ciuitatib. vt nati sequãt originẽ m̃ris. ¶Veniamꝰ ad vltimã p̃ticulã.Dr̃ ñ,ꝙ vulgo q̃siti sequũt

21 originẽ m̃ris: qa nullã hñt aliã originẽ.†Quæro qd a si est aliqs,

a cuius ignorat origo p̃rna,m̃rna,& ꝓpria exẽplũ in infantib.expo sitis ad hospitale,ignorat p̃r,& m̃r, & locus originis ꝓprie.Hoc anno ɔsului ꝙ est ciuis illius ciuitatis, vbi ẽ expositus,& nutritus cũ nulla alia repiat origo vt hic dicit tex.ibi q̃. n. aliã originẽ hic hẽt,&c.Præterea,in dubio ꝓsumitur, vt s.de fun.inst.l.si ita.in fin.

22 †Quærit gl.qd de filio bastardo legitimato p principẽ?Certè di.

b cit gl.ꝙ seqt originẽ p̃ris,b cum sit legitimus,vt l.ordine.in fi.j.e.

23 ti.& idem tenet gl.C.eo.l filios.†Vltimò no.ꝙ frustra à Principe impetratur quod iure communi ɔcedit,& verba debent intelligi vt aliquid operentur.Concord.sunt in gl.fi.vide eam q̃ incipit, s. legitimis,in fi.Sol.hic verba possunt operari,ibi non,arg.s.pro so c... l.sed & si adiiciatur.

CONTRARIETAS.

¶Municipem. Aduerte,ꝙ appellatione ciuiũ ɔprehẽdit̃ comitatẽsis,ꝑ Bar.in l.3.C.de natu.li.& in l.2.j.de verb.sig. Sed ɔ̃rius allegatur in suo consil.lxxij.inci.dubia occurrentia. vbi dicit vidisse multos errasse in hac m̃a.Idẽ vr̃ tenere hic in l.j.& in l.fi.j.hoc ti.in illa q.an mulier comitatensis nupta ciuitatensi, efficiatur ciuis,& ɔsuluit,ꝙ nõ.Et sentit tam in q̃one,q̃ in decisione,ꝙ nõ sit ciuis ciuitatis,& p p̃ns non ɔprehendatur.

CONCORDIA.

¶Pro concordia.Istam difficultatem valde discutiunt Ang.& Io.de Imo.do.Ale.& d.Chri.de Nicellis in rub.ff.sol.mat.concludẽtes ꝙ in materia stricta,vbi dẽt fieri stricta interpretatio,vt in priuilegiis & statutis ɔ̃ ius commune,tunc non comprehendantur comitatenses.& procedat secunda opinio Bar.&sequacium. Aut vero loqtur in m̃a,vbi lata sit interpretatio,& ɔprehendantur:& ita procedat prima opi.Bar.in d.l.3.& in d.l.2. Et ista fuit concordia Bar.in d.l.2.posset accõmodari alia rñsio ſm d.Ale.in d.rub. sol. mat.qui allegat ɔcord.& rñdet ɔ̃riis:quia si fiat mentio de ciuitate non comprehendatur comitatensis & procedat secunda opi. aut non,& procedat prima opi. Et istam solutionem sentit Bar. in dicta lege secunda.

ADDITIONES.

a Ale.¶Quæro quid.Adde Bar.in l.quia semper.s.de in ius voc.

b Ale. ¶Originem patris.Vide Bar.in l.assumptio.§.j.j.e.

LEX II.

1 *Pater tenetur pro filio,tanquam fideiussor.*

2 *Pater,qui non contradicit quando iniungitur filio officium publicum autoritate,& vtilitate,videtur consentire.*

3 *Officium ordinis decurionum tenetur facere ea,quæ ponuntur in hac lege.*

4 *Massarius communis tenetur soluere pecuniam de mandato prioris.*

5 *Decuriones,si est eis sp̃aliter cõmissum,dãt tutores,quando alij iudices deficiũt*

6 *Appellatur à sentẽtia Potestatis ad priores,quando ciuitas habet tantummodo potestatem,& non iudices appellationis*

7 *Rempublicam saluam fore qui tenetur,non tenetur de damno priuatæ personæ.*

8 *Priores habentes arbitrium super publica vtilitate communis,non possunt statuere nisi de pertinentib.ad vtilitatem publicam principaliter.*

1 Quoties Nota † ex hac lege,ꝙ p̃r tenet̃ ꝑ filio tanquam fideiussor.Facit,ꝙ habuistis in l.cum filiusfamilias.in prin.s.de ver.obl.Ad istud opp.j.eo.l.Lucius.§.idem rñdit.

2 Solue vt ibi.†Scdò no.ꝙ p̃r qui non ɔ̃dicit,vr̃ consentire.concordan.sunt in glo.Ad hoc op.de l.Lucius.la picola.s.de admi.tuto. Rñ.ꝙ hic loquitur q̃n iniungit̃ offiñ publicũ autoritate,& vtilitate:ibi vero erat vtile priuatũ.Rõnẽ dic,vt ibi tangunt Doc. C.qd cum eo.l.j.¶†Tertiò no.ꝙ ad officium ordinis decurionũ perti-

3 net facere ea,quæ ponuntur in hac lege in ver.gestum autẽ. quẽ vide,& no.† ex quo habes,ꝙ massarius cõis tenetur soluere pecu

4 niam de mandato prioris,& omnia ista pertinent ad offiñ prioris de iure cõi,vt hic,nisi aliter cautum sit.¶†Quartò no. ex ver.

5 sed & si filius.quòd ad decuriones ꝑtinet dare tutores. quod intellige, quando eis specialiter esset permissum,aliàs nõ possent nisi quando alij iudices deficerẽt,vt l.vbi absunt.s.de tut.& cura. da.ab his.†Et pro hoc dixi aliasa in simili,Ciuitas habet Potesta-

6 tem tantum nec hẽt iudicẽ appellationis,vtrum possit appellari

a ad Priores,dico, quod sic,argum.d.l.vbi absunt.Pro hoc facit optimè s.de appella.l.j §.si quis in appellatione.in eo quod ibi loqt̃

7 de consulib.Vltimò † nota,ꝙ ille qui promittit Rempubli. saluã fore,non tenetur de damno priuatæ personæ,vt hic, & s.de magist.conue.l.j.in princ.& j.eo.l.libertus.§.fin.Sed contra hoc op. quia Reipu.vtilitas est,vt Inst.de his,qui sunt sui,vel alie. iur.§.... Sol.ad vtilitatem publicam pertinet vtilitas priuatorum secunda

8 rio non principaliter.†Et hoc facit in argumen.b quòd si Priores

b habent arbitrium super publica vtilitate communis, ꝙ ipsi non possunt statuere,nisi de his quę pertinent ad publicam vtilitatem principaliter quod nota.

ADDITIONES.

a Ale.¶Dixi alias.Vide no.per Bar.in l.prima.§.si quis in appellatione.de ap... latio & quod dixi in d.l.vbi.& Bar.in l.ambitiosa.in 2.co.j.de decr.ab or.Bar. & bal.in l.2.C.quando fis.vel priua.& in l.j.de of.procon.& quod no. Rom. in rub.de arbi.

b Ale.¶Facit in arg.No.Pro statuentibus & vide bart.in l.ambitiosa.in j.& in 2.regula.j.de decre.ab or.fa.& in l.j.C.de no.Cod.comp.

LEX III.

1 *Filiusfamilias non potest sine consensu patris sibi constituere domicilium.*

2 *Domicilium constituitur facto,& animo.*

3 *Pupillus potest sibi constituere domicilium,& ibi dicitur habere, vbi habitat & habet maiorem partem facultatum.*

1 Placet No.†ꝙ filiusfam. potest sibi constituere domiciliũ

2 sine consensu patris.†Quæro,qualiter constituatur domicilium?Rñ.animo,& facto,vt dicit gl.& probatur,j.eo.l.domicilium.Quæro quid sit domicilium?Dic vt in l.ciues. C.de in-

a co.lib.x.Quæro vtrum a pupillus † possit sibi constituere domi

3 cilium?Vr̃ quòd nõ:quia non habet animum,nec intellectum integrum.Puto ɔ̃rium,ꝙ si in aliquo loco pupillus hẽat maiorem partẽ facultatũ suarũ,& ibi habitet,dr̃ re & facto hr̃e domicilium Hoc probatur C.vbi pe.tu.l.j.& ibi per Azo. in sum. Nec obstat ꝙ nõ habet animum:qa animus requiritur in eo qui habet, aliàs secus,arg.l.pen.in fi.C.de eman.libe.

ADDITIO.

a Ale.¶Quæro,vtrum.Adde Barto.in l.j s.de tut.& cura.da. ab his & in l.vnic. C.vbi pet.tut.

LEX VI.

1 *Ciuilitas non mutatur libera voluntate,sed domicilium seu incolatus sic.*

2 *Confessio mentien is,facit fidem contra ipsum,donec contrarium probetur.*

a Assumptio. Op.s.de postul.l.j.§.bestias.Gl.non sol.sed dicunt quidã, illud contingit ꝑpꝰ mitigandam pęnam.Sed tu dic,ꝙ hic est quædam qualitas, ꝑp quam quis obligatur alteri,s.ciuitati suæ,ad munera subeunda:iõ mutari non p̃t sine ciuitatis consensu:in ɔ̃rio est quædam qualitas per quam quis alteri non obligat̃,vt bestiam esse ferocem.Item op.s.de rei ven.& C.de non nu.pe.auth.contra qui propriam.glo. nõ soluit. Tu dic,ꝙ mendacium non nocet:qa per hoc non mutatur veritas, vt hic,cum concor.sed bene nocet mentienti:qa ipse puniet̃

1 vt in contrariis. Extra gl.op.† ꝙ ciuitas possit mutari ex libera voluntate ciuis,vt l.in bello.§.manumittẽdo.s.de cap.& postli.re.So.

b domicilium seu incolatus p̃t mutari libera voluntate.b l. nihil.j. eo.sed ciuilitas ɔ̃cta vel natiuitate,vel aliis modis,quos vidistis in l.j s.eo.l.ciues.C.de inco.non p̃t mutari libera voluntate.Nec obstat.d.§.manumittendo.quia ciuilitas ibi erat amissa ex dispositione legali,propter captiuitatem.vnde libera potestas, & voluntas

2 est alicui ciuilitatẽ non acquirere.† Quæro vtrum ista confessio faciat fidem contra ipsum mentientem? Puto quod sic.l. j. C.de confess.& l.inde Neratius.§.fin.supra ad l.Aquil.donec probetur contrarium.

ADDITIONES.

a Ale.¶Assumptio.Vide bar.late in l.prouinciales.j.de verb.sig.

b Ale.¶Libera voluntate.Domicilium seu incolatus potest mutari libera voluntate,& vide Bar.s.ea.l.in fi.& bal.in rub.C.si à non compe.iud.

1 *Filius natus viuo auo sequitur originem aui:si eo mortuo,originem patris,*

2 *Filius quo ad quid sequitur originem patris,vbi relatis opinionibus ponit dist.*

3 *Ciuilitas acquisita ciuitati ex consuetudine,transit ad filios.*

§.Filius Iste est difficilis §.& habes hic duo.Primò, ꝙ filius sequitur originem patris quantum ad ciuilitatem. Scdò,ꝙ filius nõ seq̃t domicilium patris,s.constitutione. Ad primum op.ſm hoc qlibet esset ciuis illius loci,vbi natus est Adam vel alij nostri antiqui,vt Noe,vel similes quod dicere esset absurdum Glo.hic dicit fateor quòd sequitur originem patris tantum non aui & sic cessat prædictum inconueniens.Ita tenet gloss.hic, & C.eo.l.filios.Contra hoc videtur tex.istius l.in fin.ibi, libertini &c dum dicit,item qui ex his nascuntur. Item videtur tex.j.eod. l.libertus.§.in adoptiua.Dyn.dicit quòd leges contrariæ loquun

1 tur,† quando pater & auus erant eiusdem ciuitatis,merito sequitur originem aui.Istud est diuinare. Iac.de Areti.in hoc variauit. Nam hic dixit simpliciter istas gloss. non dicere verum per leges contrarias. Ad illud inconueniens respond. quòd quis sequitur originem patris, & aui non autem aliorum parentum antiquorum,ita dicit hic.& ita etiam tenebat hic do.Old.sed C. de iurisd. omn.iu.l.2.dicit aliter,videlicet.Aut nepos nascitur viuo auo, & sequitur originem aui,vt in contrariis. Aut post eo mortuo, & tunc secus, vt in istis gl.ar.l.emancipatum in fi.& qd ibi no.s.de

sena, qđ puto verū. Si.n. nascitur viuo auo, & sic in eius pţate, merito eius originē seq̄t sicut dicimus de filio adoptato, vł legitimato, vt vidistis ꝭ.eo.l.j. ¶† Quæro circa istud primum dictum, quo
2 a ad qđ seq̄t filius originē patris? Tres opi. sunt ĩ gl. Prima, ꝙ sequat originē pris q̃tū ad honores, & q̃tū ad tutelas, quas in loco originis pris necesse hēt agnoscere, vt C. vbi pe.tu. vel cu.l.j. & non q̃tū ad alia munera, q̃ ibi subire n̄ cogit. nec ēt ibi poterit ꝯueniri, qđ probat gl. exēplo ciuis trāslati ad dignitatē senatoriā, vt l. munic eps desinit esse. ꝭ. eo. & ꝭ. de sena. l. pe. Vnde nisi aliàs in origine paterna filius ꝯstituat sibi domicilium, ibi munera non subit, & idem dicit gl. de eo qui seq̄tur originē manumissoris, & ista est prima opinio. Videamus an sit vera. & certè ĩ eo qđ dicit, ꝙ quātum ad honores & ad tutelas sequitur patris originē verū dicit, vt ꝭ. videbitis: sed in quātū gl. alle. ad hoc l.j. C. vbi pet. tu. male dicit: qa ibi dř ꝙ alicui pt dari tutor in loco originis paternæ quod est eis commodum, non autem dicit ꝙ qs ibi cogatur esse tutor, quia
b illud esset onus. Item in eo, ᵇqđ dicit, q̃tū ad alia munera, non seq̄tur patris originē, male dicit vt ꝭ. videbitis. Itē in eo qđ dicit, ꝙ in origine paterna n̄ pt ꝯueniri, male dicit. per l. incola. ꝭ. eo. tit. Sed Ia. de Are. dicit, ꝙ in hoc pt sustineri gl. vt nō possit ibi ꝯueniri, subaudi, si ibi n̄ reperiatur, vt ꝭ. de iud. l. hæres absens. primo rn̄so. & l. relegatorū. §. dubitatū. ꝭ. de interd. & rele. qđ satis potest esse bene dcm̄. Scđa opi. est in gl. ꝙ in origine ꝓpria subit oīa munera: in origine vero paterna hēt locum quod ꝭ. dř. Ista opi. non est vera. vt ꝭ. dicā. Tertia opi. est in gl. ꝙ in oīb. subit munera rōne originis paternę, vel manumissionis, vt hic, nisi alibi. hēat domicilium: qa tunc nihil ibi subit oneris, vel honoris, vt C. eo. l. filios. Nec ob. qđ dictum est in senatore: qa in eo est spāle pp dignitatē vt liberetur à munerib. municipij sui. Ita dicit gl. in verbo, nō domicilium. Ista gl. in eo, ꝙ dicit, qđ dēt subire munera ĩ oīb. dicit verum: in eo qđ excipit, nisi hēat alibi domicilium dicit male. Et ista exceptio reprobatur hic in fi. gl. super verb. nō domicilium, q̃ dicit, sed hoc reprobatur. C. de muni. & orig. in l. fi. li. x. per quā legē ista exceptio reprobatur: in aliis ista opi. approbat. Pro hoc, ꝭ. eo. l. libertus. §. ꝓscriptio. & C. de incol. l. ciues. & ista est vera, q̃tꝫ Iacob. de Aretin. & Cyn. in l. 2. C. de iurisd. om. iudic. Nō ob. d. l. filios. C. eo. quam gl. allegat ad probandum dictā except. qa ibi nō dř filiū n̄ ꝯueniri ĩ originali ciuitate pris. si alibi hēat domicilium sed dř nō ꝯueniri in originali ciuitate matris, si ibi n̄ hēat domicilium. Vt igitur tibi l qat ista mā, dico. Aut loquimur de munerib. personalib. aut de patrimonialib. Aut de honorib. aut de iure cō
c ueniendi. Primò casu, illa habet necesse subire ratione originis c propriæ, vel paternæ vt ꝭ. e. l. libertus. §. præscriptio. C. de incol. l. ciues, & lege. fin. C. de municip. & orig. reprobatis omnibus aliis opinionib. supradictis. Secundo casu, s. de patrimonialib. tūc certum est ꝙ illa subit, si ibi hēt possessionē, s. in loco originis ꝓpriȩ vel paternæ, vt ꝭ. de cēsi. l. forma. §. si vero qs. & ꝭ. de mune. & hono. l. vl. §. patrimoniorum. & l. rescripto. §. fi. & C. de mul. & in quo loco mun. sub. l. j. li. x. Tertio casu, s. de honorib. dico quòd illa subit in loco originis propriæ, vel paternæ, vt ꝭ. de sen. l. pe. Quarto casu, s. de iure conueniendi, dic quòd poterit conueniri in loco originis propriæ, vel paternæ, vt ꝭ. e. l. incola. qđ est verum. ſm Ia. de Are. si ibi inueniatur, per d. l. hæres absens. primo responso. ꝭ. đ iudi. & per l. relegatorū. §. dubitatum est. ꝭ. de interdic. & releg. Ve
d nio ad ſm, ᵈ dř hic ꝙ domicilium constitutione patris quis non
3 sequitur: † q̄ro, aliquis est ciuis huius ciuitatis ex constitutione an istam ciuitatem filius sequat̄? Vř ꝙ nō: qa est ciuilitas acquisita & sic vř ead. rō q̃ in domicilio. In ꝯrium facit, qa ciuilitas acq̄sita per adoptionē, vel per manumissionē, transit ad filios, vt ꝭ. eadē. l. in fi. & l. libertus. §. in adoptiua. ꝭ. e. sed ciuilitas quæsita per conuentionem prædictis æquiparatur, quia vtrunque fit per conuentionem, ergo &c. Non determino modo quia ista quæstio est in ciuitate Clusina: & forte examinabitur in ciuitate ista. Sed dicam de hoc. ꝭ. eo. l. libertus. §. patris.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quæro circa. Et vide Bar. no. in cons. 172. inci. dubia occurrētia, in qō. Mar. & c. vbi ēt quærit, quid si alibi natus est filius. Et an filius sequatur originē, & conditionē patris, vide in c. licet. de coniu. ser. & Bar. in l. fi. ꝭ. eo. & quo ad nobilitatem generis sequitur patrem. ſm Bal. in l. fi. C. de ser. fug.

b Ale. ¶ Item in eo. Et qualiter quis sortiatur forum in loco domicilij originis propriæ, paternæ, vel auitæ. vltra hic no. per Bar. vide per do. Ant. in c. accedens, 2. vt lit. non contest. Et cōis snīa vř quòd ibi possit conueniri, si ibi inueniatur, alias secus. nisi quo ad finem distribuendi bona ibi sita, & sic æquiparatur foro cōtractus, ſm Imo. in c. fi. de foro cōp. de quo per Cy. in l. iuris. C. de iurisd. om. iud. & ibi vide Bal. in contrarium, & vide Bald. in rub. C. si à non comp. iud. ver. item consensu. in fi. ꝙ in loco originis qs pōt conueniri, si ibi inueniatur, alleg. hanc l. & quid si mutauerit domicilium, ibidem bal. no. tn̄ si hēre præsumitur domicilium in loco originis, secundum Bal. in l. fi. in j. col. C. si à non compe. iud. & ibi vide ad materiam. & no. quòd vbi fit mentio de domicilio, debet intelligi de domicilio habitationis, vt voluit gl. in c. statutum. in §. cum vero. in gl. in verb. eiusdem ciuitatis. de rescrip. in 6. & Inno. in c. fi. de fo. comp. vnde proprie ille est subditus alteri, qui est subditus ratione domicilii, non ille qui sortitur forum ratione contractus, vel delicti, vt est glo. nota. in cle. j. in verb. iudici. de for. compe. ideo ille iudex domicilij habet potestatem maiorem secundum Imo. in c. fin. de for. comp. & ita glo. in d. cle. j. sequitur no. bal. in l. omnes qui. § verum si apparitor. C. de epis. & cler. dicit bal. in rub. C. si à non compe. iud. allegando gl. in d. c. statutum. quod domicilium est potissimum cum iurisdictione, & adde quæ in superiorib. locis dicta sunt per docto. Adde Spec. in ti. de comp. iud. §. j. versi. xlij. & ibi Ioan. And. in addi.

c Ale. ¶ Ratione originis. Idem sequitur gl. in l. j. C. de munic. & orig. lib. x. & cū te Biblium origine, incolam autē apud Beryces esse proponas, merito apud vtrasque ciuitates muneribus fungi compelleris. Et gl. quærit, quid si vtraque ciuitas munera simul imponit? Respondet, quòd potior est originis causa. l. libertus. §. 2. ꝭ. e. Fallit ratione priuilegij. C. de incol. l. priuilegia. vide bar & quæ ibi dixi.

d Ale. ¶ Venio ad secundum. Vide l. libertus. § patris. ꝭ. eo.

1 *Domicilia plura quis habere potest, sed vnum principalius altero.*

2 *Animus mutādi domicilium, præsumitur statim, quod quis recedit cū reb. suis.*

a 1 §. Iuris prudentibus ᵃ Vide circa hoc qđ not. † per Ber. & Inn. extra de maio. & obe. c. 4. vbi vř dicere, quòd quis pōt habere plura domicilia, sed vnum principalius altero, vt videmus in regib. qui in qualibet ciuitate habent domicilium, tn̄ in vna ciuitate habent principali-
2 ter. ¶† Item no. quòd statim cum quis recedit cum rebus suis de
b loco præsumitur habere ᵇ animum mutandi domicilium. Ita no. per Inn. extra de renun. c. 3.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Iuris prudentib. Adde in princi. Bar. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ꝭ. de iniur. Et an quis possit habere plura domicilia, adde c. licet. & no. in c. ex parte. de foro compe. & in c. dilectus. eo. ti. & ibi an quis possit esse sine domicilio. & bal. in c. dilectus. 2. de rescri.

b Ale. Præsumitur habere. Cum quis recedit cum rebus suis, præsumitur habere animum mutandi domicilium, adde bal. in rub. C. si à non cōp. iud. & ibi ponit tres modos, per quos quis amittit domicilium. & adde bar. in l. domiciliū ꝭ. eo. & quod no. bar. in l. ciues. C. de incolis, li. x. & Bar. in l. assumptio. ꝭ. eo. in prin. & in l. municipes. ꝭ. eo. & quæ dixi post bart. in l. lex Cornelia. §. domum. cum seq. ꝭ. de iniur. & vide in c. fi. de parri. Adde bar. in l. pdia. §. j. ff. de fun. inst. & adde quod no. bal. in auth. sed omnino. C. ne vxor pro mari. dixit, ꝙ si quis discedit de ciuitate, & vadit ad habitandum in aliam, eiusdem tamē ꝓuinciæ, non vř deserere originem. & adde bal. in rub. C. de pœna iud. q male iu.

§. Libertini. No. ꝙ manumissus sequitur originem, & domicilium patroni: sed filius sequitur tantum originem, non domicilium.

LEX VIII.

Non debere cogi. Habuistis de hoc in l. annonā. ꝭ. ad legem Iul. de annona.

LEX IX.

Eius qui iustum. Quid si origo matris ignoratur, dixi ꝭ. e. l. j. Quæro, an in ꝯdōne illa, q̃ est aliquem esse comitatensem, quis sequatur ꝯdōnem pris, vel mřis. Dicā vobis ꝭ. e. l. fi. §. itē rescripserunt mulierem.

LEX XIIII.

Municipes. No. quòd concordantiæ sunt in glo. quod est vtile ad multa videlicet vt sciamus qui sint citandi, & quibus est fienda nunciatio seu protestatio, quando est fienda ciuitati. Facit ad hoc quod habuistis ꝭ. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. & si forte. Dicam ꝭ. de regul. iur. l. non potest dolo carere.

LEX XV.

Ordine. Materiam huius principij examinaui plene supra de his, q no. inf. l. quid ergo. §. pœna grauior. & l. & si seuerior. & l. si Possidonium. C. de his qui no. infam. & ibi p Cy.

§ In fraudem. No. ꝯ comitatenses, q suas alienant possessiones ciuibus ficte in fraudem. & ponas hic casum per l. penultimam. C. de rescin. ven.

§. Ius originis. Hæc lex cum seq. facit ad id quod dixi, đ ciue huius ciuitatis monachato alibi, ꝙ propter hoc non desinit esse ciuis. Dixi. ꝭ. eo. l. j. Bar.

LEX XVII.

1 *Pater quando iussit filium facere contractum, vel officium suscipere, filius non discutitur prius.*

Libertus.

§. Filium. Op. C. de fideius. l. iure nostro. Sol. De iure antiquo potest conueniri prius fideiussor, quàm principalis, vt ibi. ratio, quia sponte fideiussit. Sed hic loquitur in patre. qui tacite fideiubere vř: vt l. 2. ꝭ. eo. & no. C. de decu. l. j. Idem vidistis in pignore: qa ex tacita hypotheca non peruenitur ad pignorum possessores, nisi excusso pricipali, vt l. Moschis. ꝭ. de iu-
a re fisci. Hodie est idem in quolibet ᵃfideiussore, nisi fuerit renun-
1 ciatum huic beneficio. vt C. de fideius. auth. ꝓsente. † Et iō si pater expresse iussisset filium suscipere officium, vel alium ꝯtū facere, non deberet filius prius discuti, ſm Ia. de Are. ꝭ. de ver. ob. l. si seruum. §. an filiusfamilias. & dixi secundum eum.

ADDITIO.

a Ale. Idem in quolibet. Adde bar. in l. si seruum. §. an filiusfa. ꝭ. de verb. ob.

§. Præscriptio

a §. Præscriptio. aAnte oĩa ꝑmitte, ꝙ dãt vacationes, vt ꝗ fuerit prior, ſtet ꝑ ꝗnquẽniũ ꝙ nõ ſit prior, vt hr̃ in gl. in ver. data. licet de iure ſtatutorum aliter diſponat. Hoc ꝑmiſſo ſcias ꝙ iſte §. intelligitur duob. modis. Primo mõ vt intelligatur ĩter eoſdem, ſ. hoĩes. alio modo vt intelligat̃ inter eoſdem, ſ. municipes, vt habes in gl. ſup ver. eoſdem.

ADDITIO.

a Clau. Preſcriptio. Quod dicit iſte §. attendi locum originis potius, quam domicilij, intellige verum quo ad munera patrimonialia, aliàs autem ſecus, vt no. Bal. in l. 2. C. de muni. & origin. lib. x. Et quòd in dubio potius attendatur locus domicilij, eſt gl. in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcr. lib. 6. Inn. & Can. in c. fi. de fo. comp. & illam gl. alle. Bald. in rub. C. ſi à non compe. iud. tangit Are. conſ. 77.

§. Cum ſimul. No. ꝙ ꝗs ñ ꝑt habere duos honores in diuerſis ciuitatibus & ſic facit ad ea, ꝗ tota die ꝯtingunt in ciuitate Peruſij, ꝙ qñq; ꝗs creat̃ rector duarum
a ciuitatũ. Itẽ ꝑdicta a intellige vera, qñ duo honores deferunt̃ ſi-
b mul, & eodẽ tpe: ꝗa tũc ꝑfert̃ cã originis. bSi vero ꝺferũt̃ ſucceſſiue, ille ꝑfert̃ ꝗ priꝰ vocat̃. Ita no. C. de inco. l. ciues. in gl. mag. lib. x.

ADDITIONES.

a Ale. Item prædicta. Vide per Imo. in l. qui duos. de leg. 2.

b Ale. ¶ Cã originis. Adde gl. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. in fi.

1 *Poſſeſſoribus forenſibus an poſſit imponi collecta.*

a §. Sola. No. ꝙ ꝑꝑ ſolã poſſ. nõ ꝑt ꝗs grauari. Quæro, an a poſ-
1 ſeſſorib. forenſib. poſſit imponi † collecta: Doc. oẽs dicunt, ꝙ non. Nam collecta eſt munus, quod imponit̃ ꝑſonæ ꝑ reb. ergo ſi perſona non eſt ſubdita ratione domicilij, vel originis
b nõ ꝑt b ei imponi, vt hic, & eſt expſſum in l. reſcripto. §. fi. ĵ. de mu. & hon. Prædicta vera, niſi ciuitas hẽret de hoc ſpãle priuilegium vt hic. Item hoc non habet locum in ciuitate Peruſij, in qua oĩa ꝑdia effecta ſunt tributaria cõis: & iõ onus collectæ imponit̃ reb. non perſonis pro reb. Et ſic erunt munera patrimonialia, ꝗ poſſunt poſſeſſorib. imponi, vt C. de mulie. & in quo loco. l. j. lib. x. & ĵ. de cenſi. l. forma. §. ſi vero. hodie vero ciuitates ſibi occupauerunt hoc priuilegium.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Quæro, an. An poſſeſſoribus forenſibus poſſit imponi collecta, no. bar. in l. reſcripto. §. fi. hic alleg. & ibi dixi. valet tamen ſtatutum contrarium, ẽm bal. in l. j C. de ſen. quæ pro eo. Et de mõ; & cautela prouidendi per ſtatutum vide bal. in l. fi. in 2. col. C. ſine cenſu, vel reliq. & vide Bar. in l. j. C. de mul. & in quo loc. lib. x. & dixi po ſt Bar. in d. l. reſcripto.

b Pom ¶ Non poteſt. Vide Are. conſ. 133. & Ale. conſ. 112. in 2. par. ẽm impreſ. Medio. & dictum bar. hic, ſequitur Rom. ſing. 80. incip. an ciuitas.

§. Poſtliminio. Op. de l. in bello. §. manumittendo. s̃. de capt. Sol. Dicit gl. iſtud verum, qñ eſt in alia ciuitate non animo conſtituendi domicilium, aliàs ſecus, vt in l. contraria. Tu dic, ꝙ ibi loquitur in eo, qui voluit recuperare ciuitatẽ Romanã, al's de neceſſitate recuperaret domicilium rõne originis, qđ mutari ñ ꝑt, vt l. aſſumptio. in prin. s̃. eo. & ibi dixi.

§. Ex cauſa. Iſtum §. intellige in eo, ꝗ eſt manumiſſus ab hoĩe ex cã fideicõmiſſi. Secus ſi eſſet manumiſſus ꝯſtõne, ꝑꝑ ꝯtumaciã eorũ, ꝗ deberent manumittere. tunc n. ſequeret̃ originẽ teſtatoris, qñ teſtatoris libertus effic̃it̃. Si n. efficeretur libertus rogati, ſequeret̃ originẽ rogati, quod dic, vt l. cum vero per totam leg. s̃. de fideicõ. lib. & l. neque infãtes c. ti. & no. per Azo. in ſum. C. de mune. & hono.

§. In adoptiua. Hunc §. examina, vt dixi s̃. e. l. aſſumptio. §. filius.

1 *Ciuilitas contracta ex conuentione an tranſeat ad filios.*

§. Patris domiciliũ. No. ꝙ domiciliũ, qñ ẽ mutabile ex voluntate hñtis ipſum, ñ trãſit ad filios: ſecus ſi nõ eſt mutabile. Et ex hoc ꝑt ſolui id, qđ ꝗſiui
a s̃. eo. l. aſſumptio. §. filius. in vlt. q. ſ. ꝙ ciuilitas ꝯcta a ex ꝯuentione
1 † tranſeat ad filios: ꝗa ꝗs eſt obligatus ciuitati, nec ꝑt libera volũtate recedere. Pro hoc faciunt aliæ rõnes, quas dixi ibi. Facit ẽt ꝗa priuilegia acꝗſita ꝑ dignitatẽ tranſeũt ad filios. vt ĵ. eo. l. filij. §. ſenatores. Pro hac ꝑte facit, qđ videmus in aliis ꝯctib. Nã ꝯctꝰ mandati, ſocietatis, ꝑcarij, ꝗa mera volũtate pñt reuocari, nõ tranſeũt ad hæredes: ſecus in aliis, vt l. ſicut. C. de act. & ob. & l. in commodato. §. ſicut. s̃. com. Sil'e in hac ciuilitate ꝯſtituta ex ꝯuentione, & iſtam partem puto veram. non ſunt alia.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Ciuilitas contracta. Vtrum ciuilitas priuilegio quæſita tranſeat ad hr̃des vel filios, vide bald. in l. j. C. de pa. qui fil. diſt. Quid autem ſi reuocata eſt conceſſio facta vtrũ ẽt intelligatur reuocata quo ad filios? bal. no. ꝙ ſic. in l. ſi plures. C. de ſacroſan. ecc. & ad Bar. hic adde Bal. in l. 2. ad fi. C. de lib. & eo. li.

a §. In quæſtionibus. aOp. C. de ſuſpe. tut. l. eum. & s̃. đ ſolu. l. qđ ſi forte. §. j. vbi accuſatus de ſuſpecto, tutelam, quam, prius habebat, adminiſtrare non ꝑt. Sol. Qñq; accuſatur quis de crimine ꝯmiſſo extra officium, & tũc retinet interim officium, & adminiſtrationẽ vt hic. Qñq; ꝗs accuſatur de criẽ ꝯmiſſo in offõ, & tunc interim retinet offm: ſꝫ interim, lite pẽdẽte interdicit̃ adminiſtratio, qđ dic, vt ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. ¶ In quæſtionib. No. pro notario. & vide tex. & ibi quod Pau. de Caſt. in l. Callipodius, aliàs incip. quamuis. §. fi. s̃. de ſol.

§. Sola domus. No. ꝙ licet ꝗs emat domum in ciuitate, nõ tñ ex hoc eſt incola, niſi alia fiat.

§. Nominati. Oppo. s̃. eo. l. 2. So. Aliud in patre, aliud in fideiuſſore. & ſic in hoc conditio patris ẽ grauior.

§. Fideiuſſores. Hunc §. habuiſtis s̃. de fideiuſ. l. fideiuſſor magiſtratũ. & facit ad ea, ꝗ ibi dixi.

LEX XVIII.

Diuus. Nota, ꝙ de iure communi ille, qui habet vnum honorem, non poteſt refirmari. Fallit in caſib. qui in glo. in ver. continet. ponuntur.

LEX XIX.

1 *Maior pars quod facit, an omnes facere dicantur.*

a Quod maior. aOp. C. de decu. l. nominationum. Sol. dico ꝙ oẽs debent vocari, & debent eſſe pñtes duæ partes, tunc qđ facit maior pars, præſumunt̃ oẽs face-
1 re, & omnes facere vñr. † Ita loquitur hic. & not. in l. nulli. s̃. qđ cuiuſque vniuer. nomi. Vñ de iure cõi ſufficit, ꝙ partitum vincat̃ ꝑ maiorem partem vnde ſi ex vna parte vnus eſſet plus alia parte diceretur partitum eſſe obtentum: tñ ad minus duæ partes dẽnt
b eſſe præſentes, vt dixi. Ad iſtud op. bC. de auto. præſtã. l. fi. & s̃. de aqua plu. arc. l. ſi aũt. & l. per fundum. s̃. de ſer. ruſt. ꝑd. cum ſi. hic allegatis Gl. non ſoluit. Dy. ex̃. de reg. iur. c. quod omnes tangit, dicit ſic: Quædam ſunt cõia plurib. vt vniuerſis, & tũc qđ facit maior pars, oẽs facere vñr, vt hic, cum ſim. Quædam ſunt cõmunia pluribus vt ſingulis, & tunc quod facit maior pars, non præiudicat aliis, vt in contrariis nunc allegatis. Fallit fauore liberatio-
c nis. c l. ſi plures. & l. maiorem. s̃. de pac. & cauſa impediente ceſſionis bonorum. vt l. vlt. C. qui bo. ce. poſ. Ita dicit Dy. Contra primũ membrum Dy. eſt s̃. de ma. conue. l. j. in princ. vbi tenentur ſolum hi, qui fuerunt pñtes. Sol. quod facit maior pars, omnes vñr facere, quantum ad præiudicandum ipſi vniuerſitati, ſed quantum ad
d præiudicium ſingulorum d hoc facientium, ſecus, vt in contra-
e rio. Item ad id op, ex̃ de conſti. ec. cum omnes. Sol. dicit ibi Inno. & etiam Ber. tangit, quod facit maior pars, videntur facere omnes, verum eſt, qñ faciunt aliquid ad vtilitatem ꝯmunem ipſius vniuerſitatis: ſecus ſi facerent aliquid ad vtilitatem ſingulorum: ꝗa tunc omnes debent conſentire vt ibi. Item ꝯ iſtam partem facit in Auth. de defen. ciu. §. fi. ibi, nullo reluctante, &c. Ex quo apparet, ꝙ vnius ꝯdõ impediret. Sol. ſpãlis caſus eſt, in quo omniũ ꝯſenſus requiritur. Ex prædictis ꝯ primum membrum Dy. dẽt ſub diſtingui, quod facias per te ipſum. Ad ẽm membrum dicit ipſe, quod fit à maiori parte non præiudicat aliis, qñ eſt cõe plurib. vt ſingulis. Fallit fauore liberationis, & ceſſionis. Ita dicit Dy. Dico quòd ſunt plures alij caſus, in quibus fallit. Primus, qñ quis vult vti re ad eum vſum, ad quem eſt deſtinata, vt l. in tm̃. §. in commune. s̃. de re. diui. & s̃. commu. di. l. ſi ædes. & de vſufru. l. arboribus. §. nauis. Fallit etiam fauore adminiſtrationis pupilli bonorum, vl' debitoris abſentis, vel fugientis. l. 3. §. fi. s̃. de admi. tut. & s̃. de cur. bo. dan. & l. 2. in prin. & de bo. auto. iud. poſſ. l. fi. in princ. Tertiò, fallit fauore dirimendarum litium, vt s̃. de re iu. l. ſi duo ex trib. & l. item ſi vnus. §. fin. de arb. fallit etiam in caſu l. ſi plures. s̃. de pac.
f ſed poſſumus dicere, f ꝙ ibi eſt fauor liberationis, & ſic claudatur ſub exceptione. Dy. tamen in caſu ẽt ſi omnes nemine contradicente conſentirent, non valeret quod actum eſt, vt ſi facerent lege prohibente, vt l. iubemus nulli poſt hac, §. ſcientes. C. de ſacro ſan ecc. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Quod maior. In propoſito huius l. vide quod no. Bar. in l. j. in prin. & in l. fi. de al. ſcrib. & adde Bal. in auth. ſi oẽs ad fi. C. ſi vt ſe, ab hær. abſti. Et ad materiã adde ſing. qđ Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. dixit, ꝙ ſi cancellarius facto ſcrutinio, cognouit aliquas voces dolo datas, ẽt põt ex æquitate, & cõſcientia reprobare. Et hunc tex. limita ẽm tex. in c. reſcriptum. de ele. & in c. bonæ. de poſtu. præl. videlicet, vbi oẽs de collegio vellent facere, ꝙ vnus, qui non eſt de collegio, det vocem in collegio, quia tunc nõ ſufficeret ſi oẽs vellent, excepto vno, quia quotieſcunque tractatur de admittendo vocem authorizabilem eius, qui nõ eſt de vniuerſitate, tunc vnius ſolius contradictio annullat voluntatem aliorum omnium. Dictum eſt no. Compet. quod refert Io. An. in nouel. ibi in d. c. reſcriptum. de elec. quod no. Roma. in l. de pupillo. in prin. s̃. de oper. no. nunc. Item hanc l. limita, vbi maior pars vellet aliquid ſtatuere contra id qđ iã diu fuiſſet obtentum, & à maiori parte ſtatutum, apparente conſtitutione antiqua, quod non poterit, vt no. Inn. in c. cum omnes. de cõſti. quem refert & ſequitur Bald. in l. fi. C. de auct. præſt. & l. per fundum. s̃. de ſer. ruſt. præd. & in l. j. s̃. de of. proconſul. item fallit, niſi minor pars vellet facere cõtra, id quod iam ipſi ordinaſſent ẽm Inn. in c. humilis. de ma. & obe. & Bal. in d. l. fi. licet contra hoc faciat, quod dixit Bart. in l. omnes populi. in 3. q. princ. prope finem. ſupra de iuſt. & iur. Nam in faciendo ſtatutum ſufficiunt duæ partes ex tribus, vt no. Bar. in d. l. omnes populi. deinde. in 3. q. prin. dicit, quòd ſufficit eadem ſolennitas in deſtruendo, quæ fuit addita in faciendo niſi dicatur, quod fallit quo ad hoc. Item limita hanc l. niſi tractemus de reuocatione libertatis in ſeruitutem, tex. eſt in l. ſi ꝗs hac, §. quoties ff. qui & à quib. Item fallit niſi maior pars vellet ratificare extra collegium id, quod minor pars in collegio decreuiſſet poſt datam poteſtatem aliquid faciendi omnibus, puta quinque, & tres ex illis faciunt vnum, alij duo faciũt

aliud. Nam postea illi de collegio, qui dederunt potestatem talẽ, nõ pñt ratificare id quod fecerũt illi duo. Tex. est no. in c. in causis de ele. & no. Bal. in d. l. ꝑ fundũ. itẽ fallit in l. rescriptũ. §. fi. de pac. qñ maior pars creditorũ habẽtiũ tacitã hypo. vellet ꝑiudicare creditorib. hñtib. exp̃ssam. Videte pulchre not. in l. 2. C. de decu. li. xj. & in l. stipulatio. in fi. de pac. item fallit vbi tractaretur de remissione vindictæ, seu de iure vendicandi, fm no. ꝑ Ang. in l. 2. in fi. de verb. ob. & Bar. in l. 4. §. Cato. in fi. eo. ti. item limita, nisi creditores vellet totum debitum remittere, vt dixi post Bar. in l. & hæredi. §. fin. s. de pa. item limita, nisi maior pars vellet aliq̃d facere cõtra ius, fm Cy. quem refert Bar. in l. omnes populi. in 2. q. prin. s. de iust. & iu. licet ibi Bart. videatur tenere contrarium & Bal. ẽt vr̃ cõtra in l. fi. C. de auto. pst. & adde, quia gl. in l. 2. C. q̃ sit longa cõsuet. dicit, ꝙ hæc lex hẽt locum in electione, & in his quæ singulorũ prouidẽt vtilitati, non in his quæ pertinent ad obligandum vniuersitatẽ, vt ex contractu cõueniri possint, & nõ ad obligãdũ singulos de vniuersitate. Et de materia vide Host. in summa de const. §. qñ. ver. sed cum ecclesiæ. Itẽ limita hanc l. nisi minor haberet iustam causam contradicendi, fm glo. in c. cupientes. §. 2. de elec. in 6. item limita in casu c. pastoralis. de rescrip. Vbi ad materiam vide gl. & vide in rub. de arb. & quod ibi dixi. item limita nisi minor pars esset discretior, & firmior, aut sanior, c. quia propter. in ver. saniori, de elec. & no. Imo. in l. Pomponius. alias incipit, si vni. de re iu. Et quid si potestas daẽ antianis, & vni alij de collegio, & in electione sunt omnes antiani, & minor pars alterius collegij, & omnes adinuicem faciant maiorem partẽ, an possint eligere, vide Bal. in l. fi ad scribarũ. C. de ap. Et an hæc ratificatio possit fieri in cameris, vel in loco nõ cõsueto, dic ꝙ nõ, fm Bar. in d. l. omnes populi. in 2. q. prin. & est tex. & ibi no. in l. etiam. §. fi. s. de pactis. & nunquid fœminæ admittantur, vide Imo. in l. 2. §. fi. de ver. ob. & Bar. in l. j. de legi. item limita istam legem non habere locum in criminalibus. vt sentit gl. in c. milites. in 56. dist.

b Pom. ¶ Ad istud opp. An quod fecit maior pars omnes fecisse videntur. vide ad istã legẽ Rom. in quodam sing. suo, & Pau. de Cast. in l. iubemus nullã. C. de sacrosan. eccl. & Fel. in c. cũ omnes. col. j. de const. & aliquid per Bar. in cons. j. vol. j. & cons. 7. vol. j. & Fel. in c. 3. de re iud. & in c. cum causa. in fin. & seq. de re iud. Barb. in cõs. 27. vol. 2. & Barb. in d. c. cum omnes. & in c. cũ M. eo. ti. & in c. cum causa. de of. dele. & Ale. cons. 30. & 124. vol. 1.

c Ale. ¶ Liberationis. Vide in l. rescriptum. in princ. s. de pac. vbi per Doc.

d Ale. ¶ Ad præiudicium fin. Vide gl. in l. 2. C. quæ sit long. cõsue.

e Ale. ¶ Opp. extra de consti. Adde Bal. in l. fi. C. pro soc.

f Ale. ¶ Possumus dicere. An hoc sit verum, vide quod dixit Bar. referẽdo Cy. in l. omnes populi. in 2. q. prin. s. de iustitia, & iure. quod dixi s. sed ibi loqtur etiam in his, qui habent potestatem statuendi contra legem.

LEX XX.

1 *Facto constituitur domicilium, quando quis cum rebus suis recedit.*

1 Domicilium. Aduerte, dico, ꝙ facto trãsferẽ domiciliũ qñ qs cum reb. suis recedit, † vt no. ex̃ de renun. c. 3. ꝑ Inn. & dixi. s. eo. l. assumptio. §. iuris prudentib.

LEX XXI.

1 *Fideiussor simpliciter intercedens, an teneatur ad vsuras si principalis tenetur remissiue.*

Lucius.

§. Paulus. Quero, q̃ est rõ huius legis. R ñ. q̃a principalis ad vsuras non tenetur. vt j. e. l. q̃stonib. & iõ nõ te-
1 nenẽ fideiussores: & fm hoc cessant oĩa ɔ̃ria hic facta in gl. † Qñ aũt principalis tenetur ad vsuras, vtrũ fideiussor simpliciter intercedens teneatur, dic vt in l. quæro. s. loc. & l. centum Capuæ s. de eo, quod certo loco.

1 *Pater si misit filium ad studium, an expensæ debeant fieri de cõi, si pr̃ decedat.*

§. Idem respondit, hæredes. Nota, ꝙ hæredes patris tenentur ꝑ munere iniuncto viuo pr̃e: secus pro eo quod iniungiẽ mortuo patre. Et ꝑ h. d. Dy. ꝙ si pr̃ misit filiũ ad studium, & postea decessit
1 ꝙ expensæ studij debent fieri de cõi † ex eo, ꝙ pr̃ viuens istud onus suscepit arg. ff. fam. ercisc. l. ex parte. §. filius. & l. si filia. al's l. si vni, §. idẽ scribit. & s. de col. bo. l. j. §. sed an id, Sed ego determinaui ibi ɔ̃riũ. Rõ, q̃a illæ leges loquunẽ qñ pro munere iniuncto pater erat iam obstrictus & obligatus: meritò illa obligatio transit ɔtra hr̃dẽ. Sed qñ pr̃ mittit filiũ ad studiũ, nõ est obligatus pr̃ ad cõplẽdum studiũ filio: vñ eo mortuo, non est aliqua obligatio, q̃ transeat contra hæredes.

1 *Vir an teneatur soluere collectas pro fundo dotali.*

§. Idem respondit constante. Iste ẽ valde no. casus. Op. & vr̃
1 ꝙ vir debeat soluere collectas pro fundo dotali. † vt s. de impen.
a in re. do. fa. l. neq;. Sol. q̃dam sunt a munera patrimonialia, & in istis ille debet subire, qui possidet, vir aũt possidet, ergo &c. Quædam sunt munera, q̃ imponuntur personæ ꝑ reb. & ista ẽt debet subire, vt in l. ɔtraria. Facit in Spe. de cen. §. nunc dicendum. versi. fi. Quædam sunt munera mere personalia, tñ in eis hr̃ respectus ad substantiam. Exemplum dicit statutum, nullus possit esse prior nisi habeat bona æstimata mille libris. Isto casu ad bona dotalia non hr̃ respectus, vt hic. Ita dẽt intelligi l. ad subeunda. C. de dec. Tene menti prædicta.

ADDITIO.

a Ale. Sol. quædam sunt. Vtrum quis soluat collectam de bonis dotal b & quæ bona veniunt æstimanda, &c. in imponenda collecta, vide barto. in l. priuatæ rei. C. de execu. mu. li. x. & Spe. in ti. de ceu. §. j. ver. fi. & quod leg. f. & no. in l. j. C. de mul. & in quo loco. li. x. dixi in l. 4. §. actor. ff. de re iu. & no. Bar. in l. neq; s. de impensis.

1 *Minor potest creari decurio, licèt minoritate durante non habet vocem.*

1 §. Imperatores. No. ꝙ p̃t creari decurio minor: † tñ dõ nec est minor 25. annorũ, non hẽt vo-
a cem in consilio, a & videbitis. j. ti. j. l. spurij. §. j.

ADDITIO.

a Ale. ¶ In consilio. Minor nõ hẽt vocẽ in cõsilio, adde tex. in l. ad rempublicã de mun. & hon. & c. Bar. in l. de pupillo. in prin. & ibi Iac. de Are. s. de ope. no. nun. & ibi dixi late post bar. in l. spurij. §. minores. j. tit. j. & quod no. Bal. in l. fi. C. de test. mil. & vide c. ex rõne. de ætate. & quali. & gl. no. in c. ex eo. de ele. in vj. ver. suffragium. & Spec. in ti. de syndico. §. j. ver. sed cuius ætatis debent esse constituentes.

1 *Venditio rerum fiscalium semper videtur fieri sub pacto addictionis in diem secus in venditione rerum ciuitatis, nisi habeat priuilegium.*

§. Idem respondit si ciuitas. Not. ꝙ vẽditio rerum fiscaliũ sp̃ vr̃
1 fieri sub pc̃tõ addictionis in diẽ, † vt hic, & C. de fid. inst. & iu. hastæ. l. si tpa. li. x. Itẽ no. ꝙ in ciuitatib. secus ẽ, nisi de hoc hẽat, legẽ ꝑpriã. Quæro q̃d vult dicere legẽ ꝑpriã. Dicit gl. id est priuilegiũ. Idẽ d̃t, C. de ven. re. ci. l. j. & l. 2. Tu potes dicere nullã ꝑpriã legẽ, hoc est, ꝑpriũ statutũ. Põt. n. ciuitas facere statutum ad suã vtilitatẽ inter suos ciues, vt hic, & l. Antiochẽsium. s. de priuileg. credi.

LEX XXII.

1 *Vidua retinet domicilium viri.*

1 Filii. §. Vidua. No. † quòd mulier retinet domiciliũ viri
a mortui. a Rõ: q̃a vr̃ star in primo matrimonio, donec est vidua, vt l. fi. C. de bonis mater, & no. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Vtrum autem mulier dicatur esse ciuis illius ciuitatis, vnde est vir, dicam j. eo. l. fin. §. item rescripserunt mulierem.

ADDITIO

a Ale. ¶ Viri mortui. Hoc intelligas verum. si honestè viuat, & probat tex. no. in §. fi. in auth. de rest. & ea, quæ parit in xj. mense, & c. vide in materia bart. in l. item legati. ff. de le. 3. & in l. his solis. C. de reuo. do, vbi omnino vide bal. & sic habes hic, & in l. fœminæ. s. de sena. ꝙ mulieres coruscant radiis maritorum, ẽt vidua, tñ si trãsit ad monasteriũ, perdit dignitatẽ, q̃ ex persona viri sortiebaẽ. 22. q. 2. in c. rescripsit. in gl. & ẽt posset inferri, an verũ sit id, quod no. glo. & Bar. in l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. 2. Et quæ mulier dicatur vidua vide bal. l. fi. C de plagi. & ꝙ retineat nobilitatem viri, no. Bar. in l. fi. de verb. sig.

§. Relegatus. Intelligit glo. j. hic quo ad onera, non quo ad honores. Tene menti pro cõfinatis, vt ibi sortiantur domicilium. & sic possunt conueniri, vt hic.

1 *Abbas effectus episcopus, si propter turpitudinem perdit episcopatum, non recuperat abbatiam.*

1 §. Senator. Dicit Dyn. † no. & est casus, ꝙ si aliqs Abbas eligiẽ in ep̃m, & postea remoueaẽ ab ep̃atu ꝑp suã turpitudinẽ, nõ recuperat abbatiã, nisi sp̃al'r impetret.

LEX XXIII.

1 *Miles & Doctor efficiuntur ciues illius ciuitatis, vbi stipendia merentur.*

1 Municeps. §. Miles. Gl. ĩtelligit istam legẽ † quòd efficiaẽ ciuis illius loci, vbi meretur stipendia. Ita no. C. de incolis. li. x. l. ciues. quod est no. ꝙ stipẽdiarij sunt ciues istius ciuitatis. donec hic merentur stipendia.
a Idem in Doctore a q̃ est miles legalis militiæ. Idem in rectore & prælatis ecclesiæ, vt dixi s. eo. l. j.

ADDITIO.

a Ale. Idem in Doctore. Doctores dicuntur ciues in loco, in quo hñt stipẽdiũ, & etiam alij stipendiari, quod multũ no. idem sequitur d. Flo. in c. fi. de paro.

LEX XXIIII.

1 *Actio descendens ex statuto est stricti iuris, ergo statuta sunt stricti iuris, valet consequentia.*

Constitutionibus. Tex. ibi est detrimẽto, i. ꝑp malã administrationem. q. d. nõ ex eo ꝙ in vsus suos ɔuertit, sed ex eo ꝙ Rempublicã ꝑ culpã læsit. Op. s. de vsu. l. cũ q̃dã. §. pe. Sol. dicit gl. hic honor fuit delatus, ibi vero munus, ar. j. de mu. & hon. l. honor. j. resp. & §. j. Tu dic fm Iac. de Are. ꝙ ibi tenetur: q̃a pecuniam publicam in vsus suos conuertit: hic vero, quia per culpam malè administrauit, vt ex tex. col
r ligitur. Dy. inducit hanc l. in ar. † ꝙ statuta sunt stricti iuris, quod
a apparet quia actio descendens a ex eis est stricti iuris, b cum vsu-
b ræ non veniant, vt hic videtis. Aduertatis, quidam semel ad hoc opponebat, quòd ista non est bona consequentia. actio descendens

ADDITIONES

a Ale. Actio descẽdẽs. An actio descendẽs ex statuto sit stricti iuris, dic ꝙ sic, vt hic idem Bar. in l. omnes populi. s. de iust. & iu. & bal. in l. contractus. in prin. C. de fid. inst. Et ad materiam vide quod no. Bar. in l. nec ei. s. de adop.

b Pom. Stricti iuris. Vide Pau. de Cast. in l. 3. C. de legi. statuta ergo debẽt strictè intellig, & vide Ale. cons. 40. col. j. vol. 2. & 96. col. fi. vol. j. & 167. co. vol. 2. col. 1. & 189 co. vol. & 108. vol. 3.

dēs ex statutis est stricti iuris, ergo statuta sunt stricti iuris, & ꝓbabat sic: Actio descendit ex ꝯtu iuris gentiū, & ꝯstat ꝙ actio est ciuilis. Itē ꝯtus sunt facti, vt s̄. de cura. furio. l. ꝯsilio. in fi. & tñ rex eo descēdit obl'o, q̄ est iuris, vt Inst. de obl. in prin. Itē vsucapio est iuris ciuilis, & tñ p̄ ea acqrit̄ dñiū, qd̄ est de iure gētiū. Br. veritas e ꝙ ꝯña t₃. Pro cui⁹ euidētia dētis scir̄ ꝙ q̄dā sūt q̄ respiciūt effectū q̄dā sūt q̄ respiciūt originē, ī his q̄ respiciūt effectū, t₃ ꝯña, d̄. qua loq̄t hic. v. g. effectus alicui⁹ rei ē bonus, ḡ res ē bona. Ita ī ꝓpō, effectus statuti est stricti iuris, qa producit actionē stricti iuris: ergo ipsum statutū est stricti iuris, qd̄ apparet Inst. de act. §. actionū. vbi dr̄, q̄ actiones sint bonæ fidei, & q̄ stricti iuris: de ꝯtu tñ nulla fit mētio, & tñ ille ꝯtus dr̄ stricti iuris, q̄ ꝓducit actionem stricti iuris: & ille ꝯtus dr̄ bonæfidei, q̄ ꝓducit actionē bonæfidei, vt l. ꝯsensu: in fi. s̄. de act. & obl. & s̄. de do. l. eū q. Simil'r illa obl'o dr̄ diuidua, & indiuidua, cuius effectus est diuiduus, vel indiuiduus, vt l. in executione, §. scd̄a sp̄s. s̄. d̄ ver. ob. In his vero, q̄ respiciūt originē, loquūt̄ ꝯria, vt cū dico obl'o orit̄ de iuregētiū ḡ & actio, q̄ orit̄ ex obl'one, ē d̄ iur̄ gētiū, & eodē mō loquūt alia ꝯria, vñ ibi in his, quæ respiciunt originem: hic in his q̄ respiciunt effectū.

LEX XXV.

1 *Plures magistratus repræsentant vicem vnius, & quomodo.*

2 *Officia videntur concedi secundum consuetudinem, sicut contractus simpliciter. confecti, præsumuntur confecti secundum consuetudinem.*

3 *Sententia lata per vnum ex pluribus iudicibus, sine aliis qñ valeat, remissiuè.*

1 a **Magistratus.** a Not. ꝙ plures magistratus repræsentant vicē vnius. † qd̄ p̄t intelligi dupl'r. Primò, qa si deliquerint, nō puniet̄ qlibet insolidū, sed oēs vna pœna, vt l. auferē. §. fi. s̄. de iu. fis. & de publica. l. si multi publicani. & l. tres tutores. s̄. de adm. tu. Scd̄o mō, p̄t intelligi, vt oēs habeāt loco vni⁹ quasi diceret, eorū officiū est indiuiduū, & cuilibet eorū vr̄ ꝯcedi insolidū, vt s̄. e. l. Imperatores. qd̄ dic, vt ibi. Item nō. ꝙ officia vñr
2 ꝯcedi s̄m ꝯsuetudinē, † sicut & ꝯtus ꝯfecti simpliciter p̄sumunt̄ ꝯfecti s̄m ꝯsuetudinē, vt l. si prius. s̄. de aqua plu. atc. & l. ꝙ si nolit.
3 §. quia assidua. s̄. de ædi. edi. † Quærit gl. vtrū sn̄ia lata per vnum ex plurib. sine aliis valeat: & dicit ꝙ nō quod intellige s̄m distinctionem positam in l. Pomponius scribit. s̄. de re iu.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Magistratus. Istum tex. no. alle. bal. in l. ij. C. de const. pec.

LEX XXVI.

1 *Magistratus municipalis, hoc est defensor ciuitatis, de iure communi non habet merum & mistum imperium, & qualiter hoc intelligatur.*

2 *Magistratus municipalis hodie fauore minorum potest restituere in integrum.*

3 *Magistratus municipalis non potest mittere in possessionem ex primo decreto, nisi causa damni infecti.*

Ea, quæ magis.

1 **§. Magistratibus.** No. † ꝙ de iure cōi magistratus municipalis, hoc est, defensores ciuitatū, ñ hñt merū, & mistū imperiū. qd̄ intellige, vt plene scripsi s̄. d̄
2 dā. infec. l. j. Scd̄o no. ꝙ † magistratus municipalis non pōt in integrū restituere. Ad hoc op. C. vbi, & apud quē l. fi. ista est vera so
a l'o, ꝙ hæc lex hodie in hoc corrigit̄ ꝑ illā, ꝙ qlibet magistratus a
3 possit restituere in integrū fauore minorum. † Tertiò no. ꝙ magistratus municipalis nō p̄t mitter̄ in possessionē ex primo decreto. Ad hoc op. de l. j. & l. 4. §. duas. s̄. de dā. infe. dicit gl. ibi ex primo decreto: hic vero ex scd̄o, qd̄ non est verum: qa hic de primo decreto loq̄t, qñ apparet, qa dicit rei seruandæ cā, vt l. j. s̄. qb. ex cau. in pos. ea. Dic ergo, ꝙ est sp̄ale ī cā dāni infecti, in qua magistratui municipali ꝑmittitur interpositio primi decre. Itē ꝯ hoc op. de l. cognitio. §. fi. s̄. de of. eius cui mā. est iuris. Sol. cognitio bene p̄t demandari, sed ipsa missio non.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Quilibet magistratus. Dixi post Bar. in d. l. fi. hic alle.

LEX XXVII.

Eius qui. Opp. de l. assumptio. §. fi. s̄. eo. tit. Sol. ꝙ hic dr̄ domicilium subaudi, tantum. Ista est vera: qa etiam domicilium sequitur.

1 *Incolatus ēt probatur, quando quis habet in loco maiorem partem fortunarum suarum.*

1 **§. Si quis negotia.** No. tex. mirabilem † ad probandum qualiter contrahitur incolatus, & etiam quando quis habet in loco maiorem partem fortunarum suarum, vt no. j̄. e. l. de iure. in prin. & ibi dicam.

1 *Originem qualiter contingere possit quòd quis habeat & non domicilium.*

Domicilium duobus modis accipi potest.

2 *Ciuitas capta ab alia ciuitate, non perdit iura ciuilitatis: secus si capiatur ab hostibus populi Romani, & sic capiatur cum toto territorio.*

3 *Ciuilitas alicuius ciuitatis perdit̄, qñ ciuitas cū toto territorio chasmate piit.*

4 *Ciuitas perditur quando passa est aratrum, vel quando ciues omnes de ciuitate cum toto territorio recesserunt, & iuerunt ad alium locum.*

Ciuitas Calij fuit destructa, & reposita in alio loco eiusdem territorij.

5 *Ciuilitas alicuius loci perditur per priuilegium, & per pœnam.*

Ciuitates Tusciæ priuatæ fuerūt ꝑ Hēricū Imperatorē priuilegio, & ciuilitate.

§. Celsus. Vr̄ hic tex ꝙ quis ñ possit esse sine domicilio. Nā saltē hēt domicilium rōne originis, q̄ mutari nō p̄t, vt s̄. eo. l. assumptio. in prin. & C. eo. de munici. & ori. li. x. l. origine. Sol. Dñt qdā, aliud est hr̄e domiciliū, aliud originē, quod gl. nō placet, ꝙ dicit, ꝙ q̄ hēt originē, hēt & domicilium. Vñ ēt infantes statim cū nascūt, hñt domicilium, vt s̄. eo. l. assumptio. in fi. & l. filij. j. rñ. s̄. eo. Cōtra hoc dcm̄ vr̄ j̄. de ver. sig. l. ꝓuinciales. So. domicilium p̄t accipi duob. mod. Vno mō ꝓ habitatione, & tunc licèt qs sortiat̄ originē, p̄t tñ ñ sortiri domicilium, hoc est habitationē nō hr̄e. Alio mō p̄t assumi domicilium ꝓ quodā iure gaudiendi & munera subeundi, & isto mō verū dicit gl. ꝙ q̄ hēt originē, hēt domicilium, & s̄m hoc remanet ꝯrium, qa nullus vr̄, q nō
1 hēat domiciliū rōne originis. d̄t gl. hoc † p̄t ꝯtingere, qa terra vñ o-
a riūd⁹ ē, chasmate piit, av̄l ē capta, vt Troia, vt l. cū loca. s̄. d̄ relig. v̄l passa ē aratrū vt l. si vs⁹fruct⁹. s̄. qb. mo. vsusfr. amit. v̄l oēs recesserūt, & sic fcā ē ī habitabilis l. 3. ī pri. s̄. d̄ colle. illicit. v̄l ꝑ priuilegiū
2 desinit esse ciuis, vt s̄. eo. l. filij. §. senatores. Ita dicit gl. Sed ī eo † qd̄ gl. dicit de ciuitate capta, intellige si est capta ab hostib. populi Romani, vel à Saracenis: qa tunc ꝑdit oē bñficium ciuilitatis illius ciuitatis. Secus si vna ciuitas capiat̄ ab alia, vt l. si qs ingenuā. §. fi. s̄. de capti. & qd̄ no in l. hostes. eo. tit. Item intellige qñ ciuitas capta est cum toto territorio. Si. n. aliqui partē ciuitatis, vel territorij retinerēt, in eo retinerent ius ciuilitatis. arg. C. de iur. emph. l. j. & s̄. de acq. po. l. qd̄ meo. §. fi. ius. n. ciuitatis, non est proprium ciuitatis, sed totius territorij, vt j̄. eo. l. ꝙ ex vico, & de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. † Itē, qd̄ dicit de ciuitate, quæ chasmate perijt, eod. modo intelligo, qd̄ perijt ciuitas cum territorio. † Item qd̄ d̄t de ciuitate, quæ passa est aratrum, vel qñ oēs recesserunt, intelligo. s. de ciuitate, & territorio. si. n. recesserunt de vno loco, & iuerunt ad alium locum eiusdem territorij, eadem ciuilitas dr̄, & eadē ciuitas ꝑea, q̄ dicta sunt s̄. qa ciuitas respicit vniformiter totum territorium. Istud contigit in Marchia, in ciuitate Calij, q̄ fuit destructa in vno loco, & reposita in alio eiusdem territorij. Pro hoc facit s̄. de aqua quot. l. hoc iure. §. si aquam. Sed si recesserunt de vno loco, & postea transtulerūt se in locum alterius territorij tunc illa ciuitas esse desinit, & ita loquitur hic gl. Pro hoc facit qd̄ no. ꝑ Inn. extra de ver. si. c. Abbate. in fi. Vltimò dicit gl. hic, in ver.
5 domicilio. † ꝙ ꝑ priuilegium esse desinit, eodē modo dico, si per penā. Nā puto, ꝙ si aliqua ciuitas ꝑ sn̄iā Principis sit priuata omni iurisdictione, & ciuilitate, ꝙ ipso iure perdit̄: sicut dicimus in priuato condemnato, vt l. quod ad statum. & l qui vltimo. s̄. de pœnis. & ideo dico, quod ciuitates Tusciæ, quæ fuerunt condemnatæ per Imperatorem Henricum, & priuatæ beneficio & priuilegio, & ciuilitate, passæ fuerunt tunc capitis diminutionem, & amiserunt tunc vsumfructum, si quem habebant, & ciues illarum ciuitatum desierunt esse ciues, licèt ꝑ potentiam illarum ciuitatū fieri ñ possit executio, & dñr vagabundi, & possunt vbique conueniri. Dic vt no. s̄. de dam. infe. l. 3. §. ꝑtor. vers. ꝙ si nec habitationem, vbi est glossella contraria huic gl. & illam approbat Richar. licet alij voluerint seruare contrarium.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Chasmate perijt. Quomodo quis possit perdere domiciliū & ciuitatē adde, quòd bannitus ad sui incommodum non perdit domiciliū. l. ad cognitionē. s̄. ex quib. cau. in po. ea. & l. Papinianus exuli. de mi. & no. in l. adulter. in prin. s̄. de adult. Tu vide Bar. in l. fi. s̄. d̄ le. in q. Bono. in 2. q & quæ dixi post Bar. in l. fi. is, q. reus. s̄. de pub. iud. & quod no. bar. in l. damni. ff. de dam. infec.

§. Domicilium. Hunc §. examina. vt in gl.

LEX XXVIII.

1 *Prorogatio iurisdictionis in magistratum non potest fieri, nisi in eadem specie.*

Inter conuenientes. Quæro, vtrum magistratus possit prorogare iurisdictionē vt possit cognoscere d̄ causis meri, & misti imperij? Rñ. ñ. Nā
1 prorogatio † d̄et fieri in his, q̄ sunt eiusdem sp̄ei. vñ si hēt iurisdōnē ī causis pecuniariis vsq; ad certam q̄titatē, ī causis pecuniariis
a poterit ꝓrogari, añ ī causis meri, & misti imperij, q̄ sūt alterius iurisdōnis: s₃ si hēt iurisdōnē ī causis misti ī perij, tūc in causis misti ī perij poterit fieri ꝓrogatio. Et idē puto ī eo, ꝙ hēt iurisdōnē meri imperij, vt possit fieri prorogatio ī causis meri ī perij, qd̄ dic vt ī l. j. & 2. s̄. de iudiciis. & ꝑ Doctores in l. si q ex ꝯsensu. C. d̄ epi. aud.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Poterit prorogari. Adde bal. in l. testamētum. C. de test. & Bal. in l. j. s̄. de iud. & bal. in l. cum Papinianus. aliqui hñt in l. nemo, in ver. sed op. contra. & ad de bal. in l. repetita. C. de epis. & cler. & in l. certa ratione C. quando prouo. & Moder. in d. l. j. s̄. de iud.

LEX XXIX.

Incola ex his. Nota istam legem Opp. de l. assumptio, s̄. eo. dic vt ibi dixi.

LEX XXX.

a **Qui ex vico.** a Hanc legem dimitto nunc legam eam alias.

ADDITIO.

a Pom. ¶ Qui ex vico. An autem recognito vico videatur recognitū territorium loci, vide Old. cons. 121. etiam vide ad hanc l. Barb. cons. 4. vol. 1.

LEX XXXI.

Nihil est. Dic de hoc, vt videbitis ĩ.eodem, l.de iure, in prĩ.

LEX XXXIII.

1 *Roma cur dicitur communis patria.*

Roma. Quæro, ad quid dicatur communis patria Roma?
1 Rñ.†quia quilibet põt ibi ꝯueniri, vt gl.dicit prætere-
rea quilibet de Imperio Romano est ibi ciuis, vt no.C.de incol.l.
ciues, lib.x.& l.hostes.s̃.de capti.qđ dic, vt s̃.eo.l.j.

LEX XXXIIII.

1 *Incolatui quis renunciare non potest post quam collecta est imposita: sed quantum ad munera mere personalia sic.& nu.2.*
3 *Allibrari qui fecit se & æstimari in loco, quando possit recedere.*
4 *Incola non tenetur ad collectam pro debito contracto in communitate antequã ibi contraheret incolatum.*
Incola quando videatur destinatus munerib.iam contracto debito, vel iam renũciato consulib.
5 *Municeps qui post collectam impositam est effectus conuersus alicuius monasterij, an teneatur ad collectam, quòd sic.*
6 *Trãsiẽs de vna villa ad aliã; tenetur ad collectas in prima villa, de qua recessit*

a Incola iam. aIsta est bona lex, & multum no.†Postq̃ ẽ iã
imposita collecta, nõ p̃t q̃s renũciare incola
tui, nisi soluat.h.d.Quæro qualr dicat̃ q̃s munerib.destinatus.Di
cit gl.p impositionẽ, vt q̃a erat iã imposita collecta.Nã & ante p̃t
2 libere recedere, vt l.nihil.s̃.e.¶†Quæro qđ si fecerit se allibrari,
& æstimari in loco, an possit inde recedere? Et vr̃ ꝙ ñ, vt dicit gl.
in l.fi.ĩ prin.C.de peræquatorib.li.xj.Sed certè gl.dẽt dicere, de cẽ
sib.& cẽsitori.& peræquatorib.istud qđ đt gl.est verũ in illis one-
b rib.q̃ iũgũt̃ psonæ p reb.q̃ assignãt̃ in æstimo.bNã ñ p̃t renũciare
c nisi forte illas res vẽderet, & faceret c alteri idoneo ad soluẽdum
collectas poni in æstimo, arg.l.2.& auth.ibi positæ.C.sine censu,
3 vel reli.Quãtũ† vero ad munera mere psonalia p̃t incolatui re-
nũciare, qñ vult.l.nihil.s̃.eo.Et hoc vr̃ velle gl.ĩ.eo.d.l.de iure.in
4 prin.¶†Quærit gl.d qđ si erat iam ꝯctum debitũ, vel denũciatum
d ꝯsulib.illius terræ, an p hoc videatur incola munerib. destinatus?
Gl.dicit in prin.qñ debitũ erat ꝯctũ, vr̃ destinatus oneri b.hoc est
collectis, q̃ imponũt̃ p illo debito. Sicut.n.partẽ rerũ suarũ reci-
pit, ita & onus p pte sua subibit, vt l.j.in fin.s̃.de colleg.illici.Ita đt
gl.hic.An ille q̃ redit, dẽat hr̃e ptẽ rerũ, q̃ erãt in cõitate, dicã in
l.j.s̃.de colle.illicit.tñ quãtũ ad propositũ, puto gl.dicere veritatẽ
sufficit.n.qđ cã, pp q̃ collecta imponit̃, habuerit originem eo tpe,
quo ille erat in illa cõitate siue societate, vt l.si vnus ex sociis, in
prin.s̃.pro socio.puto tñ ꝙ si debitũ erat ꝯctũ in cõitate, antequã
ille ibi ꝯheret incolatũ, ñ tenet̃ soluere collectã, q̃ imponeret̃ p
illo debito.Et ita t3 Dy.& alle.C.de decurionib.l.prouidendum.
lib.x.Ego allego.C.vt nullus ex vic.p vica.alie.debi.tene.l.j.lib.
xj.¶Circa fm, qñ denũciatũ erat ꝯsulib.illius terræ, qđ fit qñ ciui
tas maior imponit collectam, & denunciat consulib. comitatus,
vt eã soluãt, tũc đt gl.idẽ, ꝙ vr̃ destinatus, & ñ p̃t recedere nisi sol-
e uat: q̃a ei imposita vr̃, ar.s̃.e.l.municeps.¶Itẽ q̃ro, e qđ si† aliquis
5 municeps post collectã impositã fiat ꝯuersus alicuius manasterij
Vr̃ ꝙ ñ sit idẽ, ĩmo sit liber ab oĩb.onerib.q̃a periit psona, & eius
res, ar.s̃.pro socio.l.verum.§.fi.Eꝯ vr̃ ꝙ sit idẽ, & ꝙ possit monaste
riũ ꝯueniri reuocatoria, vt s̃.q̃ in frau.cre.l.oẽs.§.Lucius.gl.non
determinat.Dy.t3 istud vltimũ.Quidã vero dñt ꝯrium, quasi in
ꝯuerso nõ p̃sumat̃ fraus, sicut nec in moriẽte, vt l.ex hoc edicto.
§.sed hr̃dem.s̃.de ali.iud.mu.cau.fac.Puto Dy.verum dicere, quia
ẽt in conuerso p̃sumitur fraus, vt l.qui sub prætextu.C.de sacrosa.
ecc.Nec ob.d.l.ex hoc edicto.§.sed hr̃dem.quia ibi loq̃tur in mo-
6 riente, in quo nulla p̃sumit̃ fraus.Et p̃dicta† tene menti propter
eos, qui quotidie recedunt de vna villa, & transferunt se in aliam
villam, vel efficiuntur conuersi.

ADDITIONES.

a Ale.¶Incola.Vide Bar.in proposito huius legis, in l.2.ĩ.de ver.sig.aliter p bar. in l.si finita.§.ex hoc edicto.s̃.de dã.inf.& hoc p collecta, & onerib. qđ aũt de exẽptis ab his, vide dcm̃ Ang.in l.j.§.si q̃s tutor.s̃.qñ appel. vbi per Mod.

b Alex.¶In æstimo.No.ꝙ si fecisti res tuas describi in æstimo, nisi alteri idoneo faceres ipsas assignari, æstimum non sufficeret, si alio te transferres. Et ita no.sequitur Bal.in auth.sed & periculum. C.sine censu vel reliq.Ro.idem in l.si publicanus.& adde quod no.Spe.in ti.de cle.coniug.§.j.ver.ad huius. Et adde qđ no.Rom.in l.is cũ quo.in prin.s̃.de aqua plu.arc.

Ale.¶Et faceret.No.ad liberationem rei, de qua quis debet soluere gabellam & si contingeret rem alienatã esse in æstimo, deberet tm̃ vna collecta solui, ñ duæ, sicut pro vno contractu nõ debẽt solui duæ gabellæ, vt no.gl.in l.honorem sustinenti.ĩ.de mune.& hono.& emptore non soluente tenebitur venditor pro futuro, ex quo res est in suo æstimo scripta, arg.gl.in l. inter debitorem.ff.de pac.adde glos.in l.j.C.de mul.& in quo loco.& in l.j. de impon.luc. descr.lib.xj.& firmat Bal.in l.j.s̃.qđ cuiusque vniuersi.no.in 2.q. Quid si non est adscripta in æstimo emptoris, vide Bal.in l.si negotium.C.de neg.gest.

d Ale.¶Quærit gl.Et per id quod dicitur in hoc versi.dic, quòd si contingeret aliquos tempore collectæ esse de vniuersitate, sed non fuisse tempore contractæ obligationis propter quam imponitur collecta, ꝙ tũc non teneantur l.prouidendum.hic alle.vbi Bar.& Spec.in ti.de censi.§.j.versi.quid si aliquis rusticus.& Bal.in l.j.quod cuiusque vniuer.nom.in 2.q.firmant hoc, nisi contingeret istum de nouo venientem succedere in locum alicuius de vniuersitate, puta, quia res illius emisset, quia tunc tenerentur ad onera p̃terita, & futura.l.murileguli.C.de muril.li.xj.Bñ facit quod hr̃ in l.apud Iulianum.§.si hr̃s.de leg.j.in d.l.cum possessor.ĩ.de cen.Si aũt forent aliqui de vniuersitate tempore contractæ obligationis, & tempore collectæ, recessus non liberat recedentes à collectis rõne præcedentis obligationis & quod dr̃ in glo.hic, sequitur Spe.in d.§.j.ver.quid si rusticus.& bald.in d.l.j.in 4.q.Ad quod vide quod tetigit Bal.in l.fi.C.de cen.& censitor.li.x.& Io.An.in d §.j.in addi. Et quid si bona tempore statuti collectantis pro censu sunt laicorum, postea, transferuntur ad ecclesiam? Dic quòd transeunt cum onere, quo tenebantur, c.j.de immun.eccles.17.q.j.c.iustas.c.j.de immu.eccl.in 6.l.3.C.de exacto. trib.c.si damuum.xj.q.j.23.q.5.c.si tributum.facit l.omnes.C.sine censu, vel reli.De quo per Arch.& Io.An.in c.j.de immun.eccl.lib.6.& bald.in l.rescripto.in §.sciendum.de mun.& hono.& Bal.in l.placet.C.de sacrosan.ecc.& in l.neminem.eo.ti.& auth.item nulla communitas.C.de episc.& cle. Quid de eo, qui emit possessionem ab eo, qui nunquam soluit collectas, an prosit emptori, vide Io.An.in Spe.de censi.§.nunc dicendum.& Bar.in l.licitatio.in fi. s̃.de pub.& Spe.in ti.de immu.ecc.in fi.

e Ale.¶Item quęro.Adde quæ dixi post bar.in l.is cum quo.s̃.de aqua plu.arc. Facit quod no.Bart.in l.4 §.ait prætor.s̃.de re iudi.& in l.quidam.& l.qui de relicta.C.de decu.li.x.& glos.in auth.de man.princ.§.sed etiam suspicientes. Quid si collecta imposita est rebus forensis, qui effectus est ciuis, vel ecõtra. an teneatur, vide Bal.in l.pe.in fi.C.de fideicom.& vide Spe.in ti.de censi.§.j.

LEX XXXVI.

1 *Exercens actum alteri mandatum sub certo salario, salarium petere potest actione præscriptis verbis.& nu.2.*
3 *Literas nõ restituẽs ei, cui mãdatũ restituendi susceperat, incidit in crimẽ falsi*
4 *Abradens nomen alterius, & opponens suum, committit crimen falsi.*
5 *Tutor, qui fecit sibi relinqui in testamento illud, quod testator erat pupillo relictus, tenetur pupillo ad duplum, & idem in quolibet alio.*

a Titio. aQui exercet† actum alteri mandatum sub certo sa-
1 lario salarium petere potest.h.d.Notabilis est lex ista.
Et formantur hic tres q̃ões, & solum rñdetur ad primam, vt vi-
des.Ad istam l.op.ex dolo suo nemo debet consequi actionem, l.
itaq; fullo.s̃.de fur.Gl.rñd.ꝙ non lucratur, quia illud viaticum te-
netur restituere illi Titio, cui in veritate mittebat̃, qđ an sit verũ
ĩ.dicam.Sed ista sol.non est bona: quia contrarium dicit, ꝙ quis
ex sua improbitate non debet consequi actionem: sed hic conse
quitur, sed non in effectu, secundum gl.Dic ergo, ꝙ iste non con
sequitur ex sua improbitate actionem. Nam in eo, ex quo oritur
actio non delinquit, sed in alio sic, vt ĩ.ostendam, & dixi in l. ita-
que fullo.¶Et pro huius declaratione est videndum qua actione
ipse petat viaticum suum.Dñt quidam, ꝙ petet actione ex loca-
to contracto per illas literas.est enim contractus, qui epistola cõ
trahitur.l.consensu.s̃.de actio.& obl.Nec ob.si dicis, ista epistola
non fuit destinata Lucio, sed alteri.s.Titio: quia debes intelligere,
ꝙ ibi nomen proprium non fuit expressum, tanquam significa-
tiuum certæ personæ: sed magis exprimebatur vt significaret eũ,
qui illud officium impleret, arg.s̃.de verb.obl.l.eum qui ita.§.te,
& Titium.& s̃.de pac.l.tale pactum.§.fin. Facit l.cum post.§.j.s̃.de
admi.tut.Et hoc videtur tenere Iac.de Are.quod non placet. Nã
dicitur hic in tex.collusione facta.Sed si prædicta solutio esset ve
ra nulla fuisset collusio.Præterea hic mandabatur certæ personæ
certum officium, ergo videtur electa eius industria.l.inter artifi-
2 ces.s̃.de solu. Dicendum† est ergo, quòd hic petatur salarium a-
ctione præscriptis verbis, seu in factum.Cum.n.alteri mãdaret̃ il-
lud officium constituto certo salario, ęquum est huic implenti ꝙ
tale salarium detur, quod est notandum: quia sic de facto põt cõ-
tingere.Facit ad hoc C.de re.permu.l.j.facit etiam C.locati.l.exce
pto.& quod ibi no.de agri.& censi.l.dñi p̃diorum.li.xj. & qđ ibi
no.Et fm hoc apparet, quòd iste non deliquit in illo actu, ex quo
actio oritur, s.in porrigendo decretum principi, sed deliquit in a-
lio, s.in colludendo.¶Secundò oppo. & vr̃ ꝙ Titius prius possit
petere salarium, vt s̃.de neg.ge.l.si pupilli.§.si q̃s pecuniam.Sol.
Aut quis recipit pecuniam pro sorte simpliciter, & habet locum
lex contraria.Aut recipit pecuniam perferendã alicui rõne one
ris subeundi, & tũc nõ põt petere pecuniam nisi onus subeat, vt
hic, & argumen.s̃.de alimen.& cib.lega.l.liberis.§.ab hæredibus

¶Item

ADDITIO.

a Alex.¶Titio.Ad istam legem vide omnino Bal.in c.ex parte decani.col.2.ad fi.de resc.No.in hac l.ꝙ hic est tex.quòd ex falso officio quis consequitur salarium.& est sing.casus secundum bal.in l.non dubium.C.de legib.& ibi etiã vide Bar.in ver.opp.de l.Titio.ff.ad municip.in gloss.mag.iuxta principium. Quid autem de creditore, an teneatur ponere rem pignoratam ad suum æstimum? bald.dicit quòd non in l.cum notissimi, in 4.col.C.de præscrip.30. vel.40.anno.Et quid si collecta imposita est, vel æstimum est factum cum hoc quod debeat solui singulo anno tantum, & postea bona decrescunt, vide Guliel & alios in l.id quod s̃.de const.pec.& adde ad materiam bar.in l.j.§.si co hæredem meum.s̃.ad l.Fal.& adde quod Bal.in cons.factum tale est, quidam laicus, dixit, quòd si clericus successit laico, cogitur ad collectas impositas præteritas soluendas, non ad imponendas, per no.hic, & in l.fi.§.ad huiusmodi de mun.& ho.& in l.falsa.§.sed & si.s̃.de cond.& demon.& vide s̃ dicta, & adde quæ dix.post Imo.in l.apud Iulianum.§.si hæres, de leg.j.circa istam gl.

¶Item oppo.& vt ꝙ Titius possit petere pecuniam, cum per eum
non steterit quo minus impleret officium. l. ab administratio. C.
de leg. Solut. Aliud in vltimis voluntatib. vt ibi. aliud in ꝯtibus,
vt hic. quod plene dic, vt in l. si vno, §. item cum quidam. ſ. loc. sci-
licet quando non remanet per eum, quid iuris sit. ¶Venio ad se-
3 cundam † qōnem, & quæro, in qđ delictum incidit is, qui non re
stituit literas ei, cui restituere mandatum susceperat? Ista qō non
soluitur in hoc tex. nec in gloss. Dn̄t quidam, ꝙ incidit in crimen
a stellionatus. Ego puto, ꝙ incidat in crimen falsi: a quia literas alte
ri pandit, & manifestauit, vt l. j. §. is qui deposita. ſ. de fals. & ſ. de pę
4 nis. l. si quis aliud. §. qui viui. & §. sequen. ¶Venio † ad tertiam quæ
b stionem, & quæro in qđ delictum incidit qui abrasit nomen, b al
terius, & posuit nomen suum? Rn̄d. cōmittit crimen falsi. l. 1. §. qui
in rationib. ſ. de fal. Quero, vtrum iste sic abradens teneatur illi Ti
c tio, cui mittebatur? Gl. dicit ꝙ sic, c l. qui nomine. ſ. de fal. Aduer-
te, fateor qđ ei teneatur actione in factum descendente ex crimi-
ne falsi, non vt petat illam pecuniam tanquam salarium, sed vt pe
tat suum interesse, quod potest esse plus, vel minus, d. l. qui nomi-
5 ne. ¶† Vltimò gl. inducit istam l. in argu. ad quæst. si tutor fecit sibi
relinqui in testamento illud, quod testator pupillo volebat relin-
quere, ꝙ non teneatur reddere pupillo. De hoc habes gl. in con-
trarium, ſ. de leg. 2 l. Lucius. §. Sempronia. Dy. soluit, ꝙ tenetur ad
duplum eius, quod pupillo testator relicturus erat. & idem esset in
quolibet alio, vt in auth. vt nul. iu. §. & huc peruenit. & idem tene-
bat d. Old. Tu dic de hoc aliquantulū latius, vt not. per Cy. C. arb.
tute. l. quidquid. vbi gl. tangit istam quæst.

ADDITIONES.

Alc. ¶Crimen falsi. No. ꝙ nō restitués literas cōmittit falsum. Adde quod not.
Bar. in l. 2. C. de fal. & vide no, in l. si quis in graui. §. si tabulis. ad Sillan.
b Ale. ¶Abrasit nomen. Qui abradit nomen alterius, & ponit suum, incidit in
crimen falsi. Et dicit Bal. per istum tex. in rub. de fide instr. ꝙ qui falsat literas
priuatas alterius, punitur.
c Clau. ¶Quòd sic. Et istud etiam tenet Bal. in c. ex parte decani. de rescr.

1 *Pactum de vendendo pignore, nulla notificatione præcedente, valet.*

§. Titius. Si sequentes officiales approbant nomen ꝯctum
à præcedentibus, præcedentes à periculo liberen-
1 tur: secus si non approbauerint. h. d. No. casum, ꝙ valet † pactum a
a de vendendo pignore, nulla notificatione præcedente.

ADDITIO.

a Ale. ¶Valet pactum. Adde gl. & Bal. in l. creditor. 2. C. de dist. pig. & in l. fi. C. de
iur. dom. impe. per Bal. per illum tex. vbi plene, in l. si conuenerit. ſ. de pig. act.
vbi vide Bar. & Pau. de cast.

LEX XXXVI.

1 *Iudex non potest cognoscere de incompetentia, quando ipsi aliquid applicatur.*
2 *Incolatus vt possit mutari, quando nuda voluntate, & quando facto opus sit.*
Forensis, qui in loco habet mercantias, quando possit ibi conueniri.
Incolatum sortitur quis in locis, vbi habet maiorem partem fortunarum suarū.
3 *Cognitio, quando est contentio cum aliqua ciuitate de aliqua vniuersitate, vel de homine singulari, apud quem erit.*

De iure. Istud principium legitur duob. mod. vno modo se
cundum Dy. alio modo secundum Iac. de Are. &
Old. secundum lec. Dy. diuido sic. Primò loquitur, quando ciuitas
vendicabat aliquem in suum ciuem, & intelligas aliquam singula
rem, vel vniuersitatem alicuius villæ. Secundò loquitur, quando
aliquis negat se esse ciuem, vel incolam alicuius ciuitatis. Secun-
da ibi, cum tamen. ¶In text. ibi, præsidum. quibus subest vtraque
ciuitas, quæ ad munera vocat. & hoc secundum Dyn. Sed ſm Iac.
de Are. legitur aliter: quia primò loquitur, quando est contentio
inter duas ciuitates, quæ sunt sub diuersis præsidib. quia tūc vter-
que præses simul cognoscit, vt hic in text. dum dicit præsidum
prouinciarum in plurali. hoc probatur extra de rescri. c. pastora-
lis. & c. cum contingat. Secundò loquitur, quando est contentio
inter priuatum, & Remp. & hoc ſm Iac. de Are. & Oldr. Credo, ꝙ
vtraq; lec. sit bona. ¶Opp. ꝙ nemo debeat esse iudex in causa pro
pria, vt C. ne quis in sua cau. l. 1. Sol. dicit glo. hic ad præsidem nul-
lum pecuniarium commodum pertinet, & ideo si ad eum specta-
ret commodum: quia deberet habere commodū, ipse super hoc
1 cognoscere non posset. Vide gl. super verbo, prouinciæ, † Ex hac
a mirabili gl. no. a ꝙ qn̄ iudici applicatur decimum, ꝙ ipse non po-
test cognoscere, an ipse sit iudex competens, sed debebit cogno
scere alius. & sic debet determinari l. si quis ex aliena. ſ. de iu. & qđ
2 no. in l. 2. ſ. si quis in ius voc. non ierit. ¶Secundò † opp. ꝙ super
incolatu non possit esse contentio, cum possit mutari libera vo-
luntate, vt ſ. eod. l. nihil. Solut. Dicit gloss. Quidam est incolatus,
qui constituitur sola voluntate, & ille potest nuda voluntate mu-
tari. Quidam incolatus cōstituitur ideo, quia habet maiorem par-
tem fortunarum suarum. l. ciuis. C. de incolis. & no. in l. hæres ab-
sens. ſ. de iudi. Et hoc casu non potest mutari nuda voluntate, sed
opus est facto, vt l. domicilium. ſ. eo. qđ not. quia per hoc vidi se-
mel quendam forensem conuentum pro quibusdam mercātijs,
quas habebat in ciuitate: opponebat, ꝙ non debebat ibi conue-
niri, cum ibi non sortiebatur forum. Rn̄debat quidam solenis ad-
uocatus, immo sortitur: quia hic habet maiorem partem fortu-
narum suarum. Constat enim, ꝙ hic habet istas mercantias: nec
constat, quòd alibi habeat alias, seu aliud domicilium: ergo est
incola & fortè non malè dicebat, nisi probaretur alibi habere
aliud: vel nisi probaret, ꝙ illas mercantias habebat tanquam tran
siens, non tanquam ibi requiescens. arg. l. eius. §. Celsus. ſ. eo. Vbi
solue, ꝙ hic dicitur de iure incolarū, i. ciuium: ponitur enim quan
doq; impropriè, vt ȷ. eod. l. Imperatores. §. item rescripserunt. mu-
3 lierem. & ibi dicam. ¶† Quæro, quādo est contentio cum aliqua
ciuitate, apud quem debeat agitari causa? Respondeo, Aut est con
tentio inter duas ciuitates, quæ vendicant tertium singularem
hominem, vel vniuersitatem, aut inter illum qui vendicatur, & vē
dicantem. Primo casu, Aut vtraque ciuitas subest eidem præsidi,
& ille erit iudex, vt hic no. in prima gloss. Aut subsunt sub diuersis
præsidibus, & tunc aut vna ciuitas est in possessione, alia non: aut
neutra possidet. Primo casu, est iudex pręses illius ciuitatis quę
possidet, quę sustinet locum rei, l. 2. C. vbi in rē actio. Si vero neu-
tra possidet, tunc vterque pręses simul cognoscet, vt hic, in prin.
& extra, de rescri. c. pastoralis. & c. cum contingat. Si vero est con
tentio inter ciuitatem, & eum qui dicitur ciuis, tunc aut ille negat
se ciuem, & agit coram pręside, cui subest ciuitas, cuius negat se
ciuem, vt hic. 2. respon. Aut ciuitas eum vendicat, & tunc aut erat
in quasi possessione illius incolatus, & tunc erit iudex pręses illius
ciuitatis, quę vendicat, vt C. vbi quis de curiali, vel coha. l. j. & qua
si per totum titu. Si vero non est in quasi possessione, tunc vendi-
cabit eum coram pręside illo, cui subesse se dicit: quia actor sequi
tur forum rei. l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. iud. Si vero du
bitatur vtrum sit in quasi possessione, vel non, cognoscetur sum-
matim coram iudice, sub quo nunc est, & sic remittetur, vt C. vbi
causa status. l. j.

ADDITIO.

a Ale. ¶Mirabili gl. no. ad intellectum huius gl. aduerte, quia Bar. in l. quidam cōsulebant.
ſ. de re iud. & in l. si quis ex aliena. ſ. de iud. sequitur istam gl. fin. & in l. 2. ſ. si quis in ius
vo. videtur etiam idem tenere, tn̄ concludit consuetudinem seruandam, Et iō dic, ꝙ in
practica seruatur contra istam gl. & hoc tenet Rof. in bellis per rationes suas, & Iaco. &
Per. quos oēs refert Bar. in d. l. 2. & facit qđ habetur in c. super literis. de rescr. & in l. 1. &
2. C. de sport. coniuncta d. l. si quis ex alie. & in c. statutum. de resc. in 6. & in cle. quia sæ-
pe. de elc. Et no. Doc. in l. quidam. & per hoc dicunt Doc. maxime in d. l. 2. ꝙ qn̄ est con
tentio inter dominum & vasallum, certe hoc casu, quia ipse dominus videtur certare de
proprio cōmodo, non poterit cognoscere de causa. c. cæterum, de iud. & ibi per Imol. &
ideo tunc pares curiæ debebunt de causa cognoscere. ca. j. de quæstio. feud. apud pares
term. c. j. an apud iu. vel curi. de feu. termi. & c. imperialem. §. pen. de prohi. feu. alie. per
Fed. vbi latissimè per Bal. Et hoc fortè verum, qn̄ dn̄s feudi cognosceret superiorē, sed
si non cognosceret, tunc ipse idem posset iudicare. l. proxime. ſ. de his quæ in test. del.
Ad qđ vide qđ no. in l. j. & qđ ibi dixi, C. ne quis in sua causa. & adde qđ Bal. in d. c. j. an
apud iud. vel curi. dicit, ꝙ dum gl. ista vult iudicem repelli non solum ꝑꝑ ipsius interes-
se totale, sed etiam propter interesse particulare bursale ipsius, dixit caue, quia ibi lo-
quitur quando est de iurisdictione, sed quando est certum, non repellitur ordinarius ꝓ
pter commoda vel incommoda contractus, vel delicti, vt ſ. de iur. om. iu. l. qui iurisdi-
ctioni. Sed quando est dubium de iurisdictione, non potest in casu dubij pronunciare se
iudicē. & ita intelligitur hic, qđ no. per gl. secundum Bal. & vide gl. no. in d. c. statutum.
§. sancimus. quæ incipit, pro aduocatis. de rescr. in 6. Et omnino in materia huius gl. vi-
de no. Inn. in c. verum. de fo. comp Adde omnino Bal. in c. j. apud quē, vel quos. in feud.
Et ibi etiam per eum, nūquid ea quæ tangunt beneficium principis possint per alium,
q̄ per principem expediri. De quo in c. cū venissent. de iud. in nouella. Et hanc gl. sequit
d. Ant. in c. cęterum. sed Imo. ibi dicit, ꝙ hæc gl. singu. non est sine dubio, saltem quando
paruum esset commodum sportularum, cum illud veniat in consequentiam: & sic non
debet extendi, ar. l. j. ſ. de auto. tut. & præsertim, quia ꝑꝑ commodū non præsumūtur in-
duci ad iudicandum contra ius, c. & si quæstiones. de simo. Et adde ꝙ d. Flo. in c. pasto-
ralis. de rescr. in prin. tenet hanc glo. licèt Imo. in l. quidam consulebant. de re iud. eam
reprobet, per §. ne autem. in auth. de iud. sed d. An. in c. super literis. de resc. dicit ad istam
gl. ꝙ multum debet cōsiderari q̄titas sportularū, an esset valdè magna, an vero parua:
& etiam iudex, an esset talis persona, quæ verisimiliter non moueretur propter tale cō
modum. d. c. statutum. de resc. in 6. sequitur Imo. in d. l. quidam. & vide omnino Bal. in l.
3. ſ. si quis in ius voc. non ierit. ibi per Bar. & illud tene. & contra istam gl. tenet Io. And.
in addi. Spe. in titu. de accus. §. j. ver. item generaliter. Potes dicere, ꝙ si qō vertitur inter
partes simul cōcordes ex parte vna, & iudicem ex alia, opinio seruetur gl. & hoc etiam
sentit glo. no. in c. statutum. in ver. copiam. de rescr. in 6. secus si inter partes tantum, &
Imo. in d. l. quidam. & ibi Bal. Item limita nisi expresse videretur iudex suspectus in hoc
artic. seu incidenti, vt patet ex notatis per Imo. in d. l. quidam. Ang & Bal. ibi, & idē sen-
tit gl. in l. 2. & ibi sequitur Bar. ſ. si quis in ius voc. non ierit. & ibi Pau. de Ca. & Ang. in
l. j. C. ne quis in sua causa. & vide qđ no Bar. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil.
pub. & in l. 2. ſ. si quis in ius voc. non ierit.

§. Libertos. Not. libertos in duobus locis subire onera, s.
in loco originis patroni, & in loco domicilij
eorum. Adde tertium, s. in loco domicilij patroni, vt l. assumptio.
in fi. ſ. eo. & l. filij libertorum. in prin.

1 *Matrimonium non legitimum quo ad duo habetur pro legitimo.*

§. Mulieres. a Quero, vtrum matrimonium non legiti-
mum habeatur pro legitimo † quo ad quid?
Glo. hic dicit, ꝙ quo ad duo, s. quia committitur adulterium. Item
quia patri ius occidendi datur, quod forte non est verū, vt dixi in
l. marito. §. fi. ſ. de adul.

ADDITIO.

a Clau. Mulieres. Hunc §. limita, vt per Bal. in l. cū quædā puella. ſ. de iu. om. iud.
quem ibi sequitur Alex. & ante eos bar. in l. fi. §. item rescripserunt. ȷ. eod.

LEX XXXVIII.

1 *In iuramento intelligitur excepta autoritas superioris.*

Impera.

a Imperatores. a Not. ꝙ † in iuramento intelligitur excepta authoritas superioris. Non enim valet
1 iuramentum, quo quis iurat non facere, quod superiores praecipiunt.

ADDITIO.

a Alex. Imperatores. In iuramento intelligitur excepta persona superioris, & eius authoritas. Et nota, ꝙ in hoc authoritas patris vel episcopi dicitur superioris, vt innuit in pulchra quaestione Fede. de Senis in c. cum contingat. de iureiur. & late Io. And. in regu. in malis. de regul. lib. 6.

§. Item rescripserunt. Hic videtur, ꝙ prius conueniantur principales, quã fideiussores. Contra in l. iure nostro. C. de fideiussorib. dicit gl. subaudi, maxime. Tu dic, hic speciale, vt l. 4. §. fi. & ibi no. ῑ. de admi. rerum ad ciuit. pertin.

1 *Mulier desponsata per verba de praesenti, licèt non traducta, mutat domicilium.*
2 *Concubina non mutat domicilium, nisi quãdo se transfert cum maiori parte fortunarum suarum, vel habitationem constituit.*
3 *Vxor efficitur ciuis illius ciuitatis, vnde est vir.*
4 *Mulier alibi nupta, desinit esse ciuis illius ciuitatis, vnde originem habuit.*
5 *Statutum quòd forenses non possint emere in loco, an comprehendat mulierem de illo loco oriundam, alibi nuptam.*
6 *Comitatensis nupta ciui, non efficitur ciuis, nec ciuis nupta comitatensi non efficitur comitatensis.*
7 *Filij quando sequantur conditionem patris, & quando conditionem matris.*

§. Item rescripserunt mulierem. ¶Dicitur hic quandiu nupta est. quaero, quid de vidua? Respondeo, idem quandiu
1 est vidua, vt s. eo. l. filium §. vidua. ¶† Quaero, quid de desponsata? Respondeo, si est desponsata per verba de futuro, non mutat domiciliũ, secus si per verba de praesenti nondum tñ traducta, vt s. eo. l. ea, quae desponsata, & ibi gl. ¶† Tertiò quaero. quid de concu
2 bina? Rñdeo, non mutat domicilium, sicut nec mulier, quae illegitimè nupserit, vt s. eod. l. proxi. in fi. quod dico, non mutat. s. propter amasium, sed possibile est, ꝙ mutaret. scil. cet ex proprio animo, vt quia ibi transferret maiorem partem fortunarum suarum,
3 vel sedem ibi collocaret. ¶† Quaero, vtrum vxor efficiatur ciuis illius ciuitatis vnde est vir, an fiat solum incola. Tex. hic videtur dicere eam incolam: nec scio legem dicentem, ꝙ efficiatur ciuis. Gl. tñ in l. ciues. C. de incolis. lib. x. dicit ipsam effici ciuem, similiter in l. origine. C. de muni. & orig. li. x. Et qd hic dicit, incolã, impropriè loquitur. quod satis puto verum, arg. eius quod diximus de filio
4 adoptato. s. eo. l. j. in prin. & quia efficitur vna caro cum viro. † Vl
a terius quaero, a an desinat esse ciuis illius ciuitatis vnde originem habuit mulier, alibi nupta? Videtur ꝙ non: quia origo mutari non potest, vt l. assumptio. in prin. s. eo. tit. Contrarium determinat gl. C. e. l. origine. qđ vr̃ probari per l. cum quaedam puella. s. de iu. om. iud. & C. de mulier. & in quo loco. l. j. li. x. si. n. ĩ loco originis p̃t conueniri ad aliqua iura personalia vel vocari ad honores, vel trahi ad
b cãs, vr̃ ꝙ ciuis illius ciuitatis non remaneat. Non obstat, b l. assumptio, in prin. s. eo. qa hic est casus specialis sm gl. Ex hoc inducebã
5 † alio anno in quadam qõne. Statuto ciuitatis continetur, quòd forensis non possit emere in eius territorio, quaeritur vtrum mulier de illa ciuitate oriunda, alibi nupta, possit ibi emere, quid dicimus? Breuiter possumus sic dicere, ꝙ originem mutat quantum ad omnia, per quae persona mulieris possit attrahi & separari à ser uitijs viri, & ideo non potest ibi vocari, vel trahi ad honores, vel munera, vel ad iudicia, vt dictum est. & ita loquuntur iura s. alleg. quo ad alia non mutat originem, ar. d. l. assumptio. Sicut dicimus in simili in liberta nupta voluntate patroni: quia remanet liberta, non tñ quo ad operas: & sic ibi posset emere. qđ est aequius. Et si quis eam occideret, punitetur tanq̃ occidens ciuem. & credo ꝙ
6 gaudeat alijs priuilegijs ciuium. ¶† Quaero, quid de comitatensi nupta ciui, an efficietur ciuis? Videte, ista qõ est vtilis. Finaliter, vt dixi vobis s. eo. l. j. ista qualitas comitatensis, est quaedam adiectio, per quam denotatur nexus ad maiora onera, non autem est significatiua domicilij, vel incolatus, cum omnes ciues, & comitaten-
c ses vnum habeant domicilium, l. qui ex vico. s. eo. & ideo puto, c ꝙ comitatensis non efficiatur ciuis, & ꝙ ciuis nupta comitatensi, non efficiatur comitatensis, vt C. de agr. & censi. l. ne diutius. & l. difinimus. l. b. xj. vbi est expressum, vt statim dicam. Sed cõtra hoc
7 facit multum C. de seruis fug. l. fi. & quod ibi not. ¶† Quaero, cum
d vxor d non sequatur in praedictis viri conditionem, an filij sequãtur cõnem patris vel matris, quantum ad hoc vt dicantur comitatenses. vel ciues: Habeo istam qõnem pro difficili, videtur ꝙ debeãt sequi conditionem matris. l. si qui. & l. ne diutius. C. de agr. & censi. cũ caeteri casus in quib. reperitur, ꝙ in huiusmodi cõnibus filij sequãt cõnem patris, sint casus spãles, vt in dictis legib. not. sed hic non est de illis: ergo, &c. Aduertatis, bñ dico sic, quantum ad seruitutem, & libertatem sine dubio partus sequitur cõnẽ matris, l. partum. C. de rei ven. Sed quantum ad honores, & munera, quae conferuntur ratione ciuilitatis, sequitur conditionẽ patris, l. j. s. eo. Item ad alias cõditiones, per quas quis obnoxiatur, & eius libertas minuitur, vt in quaestione proposita, est aduertendũ: quia quaedam est qualitas, quae nullo modo potest congruere mulieri, vt decurionatus officium & similia, tunc in hoc matris conditio non attenditur, sed semper patris, vt C. de decur. l. nullus. & ibi de hoc est tex. notab. Quaedam sunt qualitates, quae possunt indifferenter cõgruere, & patri, & matri, vt in qõne proposita, vt esse ciuẽ, vel comitatensem, esse adscriptitium vel adscriptitiã, & si'ia. Et in istis est regula, ꝙ quis sequatur conditionem matris, vt d. l. ne diutius. & d. l. si qui. C. de agri. & cen. Fallit in casib. ibi not. inter quos est hic casus de comitatensi, dum excipit ibi casum, in d. l. diffinimus. eodem tit. Nam debetis scire, ꝙ quidam sunt adscriptitij, qui sunt multum adscripti glebae, & debent semper morari in fundo. & de illis loquitur d. l. ne diutius. cum si. Quidam sunt, qui vocantur inquilini, seu coloni, qui licet teneantur colere agros, tamen possunt morari vbi volunt. & de istis loquitur d. l. diffinimus. & te net ibi gl. & Azo in summa. de agr. & censi. & isti propriè sunt comitatenses qui tenent colere agros, & possunt morari vbi volũt. Tene ista menti.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Vlterius quaero. Vtrum mulier nupta desinat esse ciuis loci originis, adde Cyn. & Bal. in l. iuris. C. de iurisd. om. iu. Bal. in rub. s. sol. ma. in prin. & Bald. in l. cum quaedam puella. de iu. om. iu. Pau. de Cast. in l. rei iudicatae. §. fi. sol. ma. Adde Pau. de Cast. cõsi. 195. & ibi vide, an onera patrimonialia, ibi subire teneatur.

b Poma. ¶Non obst. l. Vide Ale. consi. 56. in vol. 1. col. vlt. in 2. dubio. & Fel. in proe. decret. & in c. super eo. col. 1. ad fi. & seq in prin. de testib. & Card. consi. 135. & Alex. consi. 56. col. fi. vbi vult, ꝙ talis tantum dicitur de agnatione patris. & Capra. consi. 21. & Fel. in c. nouit. col. 1. & 2. de iud. & in c. 1. in fi. de spõ & Ale. consi. 20. ad fi. vol. 1. & cõsi. 22. eo. vol. 2. vbi dicit, quòd esse dicitur de patris agnatione. & consi. c. volu. 3. col. 1. & 2. vbi dicit, quòd mulier dicitur de foro viri, & ibi etiam ponit de quo foro intelligitur.

c Alex. Et ideo puto. Adde Bal. in l. in adoptione. C. de adopt.

d Alex. Quaero, cum vxor. Vide per Cano. in c. fi. de fer. non ordi. & quae dixi post Bar. in l. assumptio. §. j. s. eo.

1 *Perusinus solo nomine, non sequitur quòd sit de Perusio.*
2 *Nomina propria ad placitum imponuntur.*

1 §. Item rescripserunt. No. hunc §. ex quo habes, ꝙ si quis vocatur † Perusinus, non sequitur ꝙ ex solo nomine sit de Perusio. Secũdò no. † ꝙ no
2 mina propria non sunt significatiua, sed ad placitum imponuntur. l. si quis in fundi vocabulo. s. de leg. j. & no. s. so. ma. super rub.

De decurionibus. Tit. ij.

1 *Qui dicantur decuriones.*

¶Continuatur sic. dixit s. de municipib. sequit videre de his q regunt municipia. † Quaerit gl. qui dicantur decuriones? Gloss. dicit
1 dic vt l. pupillus. §. decuriones. ῑ. de ver. sig. Sed per illam l. nihil habetis vtilitatis. Alibi dicit glos. ꝙ hodie dñr consiliarij ciuitatis. Ita not. C. eod. super rub. Et alibi dicitur, ꝙ ciuitatis consilium, totum populum repraesentat. Ita no. C. quae sit lon. consue. super rub. & s. qđ cuiusq; vniuersi. l. nulli. in quadam gl. Verumtñ ista cõsilia hodie hñt formam limitatam, & formam statutorũ, qb. est standũ. Itẽ debes scire ꝙ decuriones, de quib. loquit hic. & C. eo. in quibusdam habebãt priuilegia, & in quibusdã sustinebant onera inexcusabilia, quib. hodie non vtimur: & in his consuetudini est standum, vt l. magistratus. tit. j. l. non tantum. §. fi. ῑ. eo. Non enim hodie vtimur illo priuilegio, vt res eorum non possint sine decreto alienari, qđ hñt de iure cõi sm formam ti. C. de prae. di. dec. & idem in multis similib. quae habetis in tit. isto. & in ti. C. eo.

LEX PRIMA.

1 *Decurio habitans in comitatu, debet cogi, vt veniat ad ciuitatem.*



Ecuriones. Quaerit gl. quanto tempore decuriones praescribant libertatẽ. Dic vt in ea. Item qua actione, & coram quo iudice petantur? Dic vt in gl. Quaero, si aliquis est decurio, & habitat in comitatu, an cogatur redire in ciuitatem, & ibi
1 habitare? † Dic ꝙ sic, per tit. C. si curialis omissa ciuitate reus habitare maluerit. lib. x.

LEX II.

1 *Doctor de collegio de ciuitate expulsus, restitutus, non recuperat locum in collegio, sed habebitur tanquam de nouo veniens.*

Qui ad tempus. Haec lex habet materiam, §. poena grauior. l. quid ergo. s. de his, qui no. in-
